cet collaudatio. **C**onfitemini domino
in cythara: in psalterio decem cordarum
psallite illi. **C**antate ei canticum novum:
bene psallite ei in uociferatione. **Q**uia
rectum est uerbum domini: et omnia opera eius
in fide. **D**iligit misericordiam et iudicium:

miseriordia dñi plena est terra. **V**erbo domini celi firmati sunt. ⁊ spiritu
nis eius omnis uirtus eoz. **C**ongre
gans sicut in utrem aquas maris. po
nens in thesauris abyssos. **T**imeat do
minū omnis terra. ab eo autem com
moueantur omnes inhabitantes orbem.
Qm̄ ip̄e dixit ⁊ facta sunt. ip̄e man
dauit ⁊ creata sunt. **D**ominus dissipat
consilia gentium. ⁊ reprobat autem cogi
tationes populoz. ⁊ reprobat consilia
principum. **C**onsiliū aut̄ domini in
eternum manet. cogitationes cordis ei
in generatione ⁊ generationē. **B**eata
gens cuius ē dominus deus ei. ppl̄s
quem elegit in hereditatem sibi. **D**e

celo respexit dominus. uicit omnes filios
 hominum. **D**e parato habitaculo suo.
 respexit super omnes qui habitant ter-
 ram. **Q**ui finxit singillatim corda eorum.
 qui intelligit omnia opera eorum. **N**on
 saluatur rex p̄ multam uirtutem. et gy-
 gas non saluabitur in multitudine uir-
 tutis sue. **F**allax equus ad salutem. in
 habundantia. **A**ut uirtutis sue non salua-
 bitur. **E**cce oculi dñi sup̄ metuentes eū.
 et in eis qui sperant sup̄ misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorum. et alat e-
 os in fame. **A**nima n̄ra sustinet dñm.
 qm̄ adiutor et protector noster ē. **Q**uā
 in eo letabitur cor n̄m. et in nomine sc̄o
 eius sperauimus. **F**iat misericordia tua do-

mine sup nos. quemadmodum speravi.
Benedicam dominum **Ps** **T**imus uite.
in omni tempore. semp laus eius
in ore meo. **I**n dño laudabitur anima
mea. audiant mansueti & letentur.
Magnificate dominū mecum. & exaltem
nomen eius in idipm. **R**equisiui dñm
& exaudiuit me. & ex omnib; tribulati
onib; meis eripuit me. **A**ccedite ad e
um & illuminamini. & facies ur̄e non o
fundent. **I**ste pauper clamauit & dñs
exaudiuit eum. & ex omnib; tribulatio
nib; eius saluabit eum. **A**mmittit an
gelus dñi in circuitu timentū eum. &
eripiet eos. **G**ustate & uidete qm̄ sua
uis ē dominus. beatus uir qui sperat

41
in eo. **T**imete dominum omnes sancti eius:
quoniam non est inopia timentibus eum. **D**ivites
eguerunt et esurierunt: inquirentes autem
dominum non minuentur omni bono.
Venite filii audite me: timorem domini docebo
uos. **Q**uis est homo qui vult vitam:
diligit dies videre bonos. **P**rohibe
linguam tuam a malo: et labia tua ne lo-
quantur dolum. **D**iverte a malo et fac bo-
num: inquire pacem et persequere eam.
Oculi domini super iustos: et aures eius in pre-
ces eorum. **O**culus autem domini super facien-
tes mala: ut perdat de terra memoriam
eorum. **C**lamaverunt iusti et dominus exaudi-
vit eos: et ex omnibus tribulationibus
eorum liberavit eos. **I**uxta est dominus

hīs qui tribulato sunt corde. et humili
les spū saluabit. **M**ulte tribulationes
iustoy. et de hīs omīib; liberauit e
os dñs. **C**ustodit dñs omnia ossa e
oy. unum ex hīs non conteret. **O**rs
peccatoroy pessima. et qui oderunt ius
tum delinquent. **R**edimet dominus
animas seruoy suoy. et non delin
quent omnes qui sperant in eo.

Rectos decet collaudatio **an** Expugna. evova.
Vdica domine nocentes me. expugna
impugnantes me. **A**pprehende arma
et scutum. et exurge in adiutorium m.
Effunde frameam et conculse aduersus
eos qui psequuntur me. dic anime mee

42
salus tua ego sum. **C**onfundantur &
reuerantur. querentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundantur.
cogitantes in mala. **F**iant tanquam
pulsus ante faciem uenti. & angelus dñi
coartans eos. **F**iant uia illoꝝ tenebre
& lubricum. & angelus domini psequens
eos. **O**m̄n̄ gratis absconderunt michi
interitum laquei sui. sup uacue expb̄
uerunt animam meā. **V**eniat illi laq̄
us quem ignorāt. & captio quam ab
sconderit apprehendat eum. & in laqueū
cadat in ipm̄. **A**nima aut̄ mea exul
tabit in dño. & delectabit̄ sup salutari
suo. **O**mnia ossa mea dicent. dñe
quis similis tui. **E**rripiens inopem de

manu fortiorz eius. egenum ⁊ pauperem a
diripientibz eum. **S**urgentes testes iniqui
que ignorabam interrogabant me. **R**e
tribuebant in mala p bonis. sterilitatem
anime mee. **E**go aut cum michi molesti
eent. induebar cilicio. **H**umiliabam
in ieiunio animam meam. ⁊ oratio mea
in sinum meum conuertet. **Q**uasi pro
ximum quasi fratrem nr̄m sic complace
bam. quasi lugens ⁊ constatus sic humi
liabar. **E**t aduersum me letati sunt ⁊
conuenerunt. congregata sunt sup me
flagella ⁊ ignorauy. **D**issipata sunt
nec compuncti. temptauerunt me sublan
" **sublannate.** nauerunt me frenduerunt sup me den
tibz suis. **D**omine quando respicies. re

stitue animam meam a malignitate eorum a leo-
 nibz unicam meam. **C**onfiteor tibi in ecclesia
 magna. in populo graui laudabo te. **N**on
 super gaudeant in qui aduersant in inique.
 qui oderunt me gratis et annuunt oculis.
Qui michi quidem pacifice loquebantur.
 et in iracundia terre loquentes dolos cogi-
 tabant. **E**t dilatauerunt super me os suum.
 dixerunt euge euge uiderunt oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas. domine ne discedas a
 me. **E**xurge et intende iudicio meo. deus
 meus et dominus meus in causam meam. **I**udica
 me secundum iusticiam tuam domine deus meus. et non
 super gaudeant in. **N**on dicant in cordibus
 suis euge euge anime meae. nec dicant deuo-
 rabimus eum. **E**rubescant et reuerentur simul.

qui gratulantur malis meis. **I**nduantur
confusione & reuerentia: qui maligna locū
tur sup me. **E**xultent & letent qui uo
lunt iusticiam meam: & dicant semp mag
nificet dñs qui uolunt pacem serui eius.

Sed & lingua mea meditabit iusticiam tuā:
tota die laudem tuam. *psalmus dauid*

Dixit iniustus ut delinquat in semet
ipso: non ē timor dei ante oculos ei.


Quoniam dolose egit in conspectu eius: ut inue
niatur iniquitas eius ad odium. **U**erba oris
eius iniquitas & dolus: noluit intelligere ut

bene ageret. **I**niquitatem meditatus ē in
cubili suo: & astitit omni uie non bone: mali
ciam aut non odit.

Domine in celo mi
sericordia tua: & ueritas tua usq; ad nubes. **I**us

ticia tua sicut montes dei. iudicia tua abyf
 sus multa. **H**omines & iumenta saluabis
 dne. quemadmodum multiplicasti misericordiam
 tuam deus. **F**ilij aut hominu. in tegmine
 alaz tuaz sperabunt. **I**nebrabunt ab uber
 tate domus tue. & torrente uoluptatis tue
 potabis eos. **Q**ui apud te e fons uite. & in
 lumine tuo uidebimus lumen. **P**reten
 de misericordiam tuam scientib; te. & iusti
 ciam tuam his qui recto sunt corde.
Non ueniat in pes supbie. & manus
 peccatoris non moueat me. **I**bi cecide
 runt qui opant iniquitatem. expulsi sut
 nec potuerunt stare.

Noli emulari *an* expugna impugnantes me.
 in malignantib; *ps 8. an* Reuela do evo.



neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam fenum uelociter arefcet:

et quemadmodum olera herbarum cito

decident. **S**pera in domino et fac bo-

nitatem: et inhabita terram et pascaris in

diuitiis eius. **D**electare in domino: et dabit

tibi petitiones cordis tui. **R**euela domino

uiam tuam et spera in eo: et ipse faciet.

Et educet quasi lumen iusticiam tuam:

et iudicium tuum tamquam meridiem: sub-

ditus esto domino et ora dominum. **N**oli emulari in

eo qui prosperatur in uia sua: in homine

faciente iniusticias. **D**esine ab ira et de-

relinque furorem: noli emulari ut maligne-

ris. **Q**uoniam qui malignantur exterminabuntur:

sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt.

45
terram. **E**t adhuc pusillum & non erit
peccator. queres locum eius & non inuenies.
Mansueti aut hereditabunt terram. et
delectabunt in multitudine pacis. **O**bser
uabit peccator iustum. & stridebit sup eum
dentib; suis. **O**bseruabit peccator iustum.
& stridebit sup eum dentib; suis. **D**ñs
aut iridebit eum. qm̄ p̄spicit quod ueni
et dies eius. **G**ladium euagna^{runt} peccores.
interderunt arcum suum. **U**t decipiant pau
perem & inopem. ut trucident rectos cor
de. **G**ladius eoz intret in corda ipoz.
& arcus eoz confringat. **M**elius ē mo
dicum iusto. sup diuitias peccoz multas.
Qm̄ brachia peccoz conterentur. confir
mat aut iustos dominus. **N**ouit dñs

dies immaculatoꝝ. ⁊ hereditas eoz in e-
ternum erit. **N**on confundentur in tem-
pore malo. ⁊ in diebꝫ famis saturabuntur.
quia peccatores peribunt. **I**nimici uero
dñi mor ut honorificati fuerint ⁊ exal-
tati. deficientes quemadmodum fumus
deficient. **M**utuabitur peccator ⁊ non sol-
uet. iustus aut miseretur ⁊ retribuet. **O**mnia
benedictentes ei heritabunt^{ed} terram. maledi-
centes aut ei dispibunt. **A**pud dñm gl-
sus hominis dirigitur. ⁊ uiam eius uolet.
Qum ceciderit non collidet. quia dñs
subponit manum suam. **I**unior fui ⁊ em-
semu. ⁊ non uidi iustum derelictum. nec
semen eius querens panem. **T**ota die mi-
seretur ⁊ commodat. et semen eius in benedicti-

one erit. **D**etino a malo & fac bonum. et
 inhabita in scdm scli. **Q**uia dominus amat
 iudicium. & non derelinquet scos in eternum
 conseruabunt. **I**uusti punient. & semen im
 piaz peribit. **I**usti aut hereditabunt ter
 ram. & inhabitabunt in scdm scli sup eam.

suos:

Os iusti meditabit sapientiam. & lingua
 eius loquet iudiciu. **L**ex dei eius in corde
 ipius. & non supplantabunt gressus eius.

Considerat peccator iustum. & querit mor
 tificare eum. **D**ns aut non derelinquet eu
 in manib; eius. nec dampnabit eum cum iu
 dicabitur illi. **E**xpecta dnm & custodi vi
 am eius. & exaltabit te ut hereditate capi
 as terram. cum perierint peccatores uidebis.

Uidi impium sup exaltatum. & eleuatum

sicut cedros libani. **E**t transiui et ecce non
erat. **Q**uesiui eum et non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam et uide equitatem.
quoniam sunt reliquie homini pacifico. **I**n ius-
ti autem disperibunt simul reliquie impiorum
interibunt. **S**alus autem iustorum a domino: et
protectio eorum in tempore tribulationis. **E**t
adiuuabit eos dominus et liberabit eos et eruet eos
a peccatoribus et saluabit eos: quia speraue-

Domine ne **T**rum in eo. **P** **dauid.**
in furore tuo arguas me: neque in ira
tua corripas me. **O**mnis sagitte tue in fixe
sunt in me: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tu-
e: non pax ossibus meis a facie peccatorum me-
orum. **O**mnis iniquitates mee super gresse sunt

47
caput meum: sicut onus graue grauate
sunt sup me. **P** utruerunt & corrupte s̄
cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum & curuatus sum usq; i
finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibz: et
non est sanitas in carne mea. **A**fflictus
sum & humiliatus sum nimis: rugiebam
a gemitu cordis mei. **D**omine ante te
omne desiderium meum: & gemitus meus
ante non est absconditus. **Q**ui meum
conturbatum ē dereliquit me uirtus in me
mea: & lumen oculorū meorū, & ipm nō
ē mecum. **A**mici mei & proximi mei ad
uersum me appropinquauerunt & stete
runt. **E**t qui iuxta me erant delonge

steterunt. ⁊ uim faciebant qui querebant
animam meā. **E**t qui inquirebant ma
la michi locuti sunt uanitates. ⁊ dolos
tota die meditabant. **E**t qui inquire
bant mala in locuti sunt uanitates. et
dolos tota die meditabantur. **E**go
autē tamquam surdus non audiebam.
⁊ sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audies.
⁊ non habens in ore suo reclamationes.
Quoniam in te dñe speraui. tu exaudies me
dñe d's meus. **Q**uia dixi ne quando
sup gaudeant michi inimici mei. ⁊ dum
commouent pedes mei sup me magna
locuti sunt. **Q**uoniam ego in flagella
paratus sum. ⁊ dolor meus in conspectu

meo semp. **Q**uoniam iniquitatem meam annun-
 tiabo. et cogitabo pro peccato meo. **I**nimi-
 ci autem mei uiuent et confirmati sunt super
 me. et multiplicati sunt qui oderunt me in-
 ique. **Q**ui retribuunt mala pro bonis det-
 hebant iniquitatem quam sequebar bonitatem. **N**on
 derelinquas me domine deus meus. ne disce-
 sceris a me. **I**ntende in adiutorium meum
 domine. deus salutis mee.

an **R**euela dominus
 viam tuam. **D**ne in celo misericordia tua. et veritas tua. **H**oc tunc
 tertiae ferie. **I**nvitatorium



sn sn
Dileximus deo salutari nostro.
ant **V**enite. *ant* **V**t non delinquamus
EXI custodiam ui-
 as meas. ut non de-
 linquam in lingua

mea. **P**osui ori meo custodiam. cum consisteret peccator aduersum me. **O**bmutus et humiliatus sum et silius ab omni. et dolor meus renouatus est. **C**oncaluit cor meum intus me. et in meditatione mea exardescet ignis. **L**ocutus sum in lingua mea. notum fac in domine finem meum. **E**t numerum dierum meorum quis est. ut sciam quid desit mihi. **E**cce mensurabiles posuisti dies meos. et substantia mea tamquam nichilum ante te. **U**eruntamen uanitas. omnis homo uiuens. **U**eruntamen in imagine pertransit homo. et frustra conturbatur. **T**hesaurizat. et ignorat cui congregabit ea. **E**t nunc quod est expectatio mea nonne dominus. et subst

49
antia mea apud te est. **A**b omnibus ini-
quitatibus meis erue me. **O**probrium insipi-
enti dedisti me. **O**mnium et non ape-
rui os meum. **Q**uod tu fecisti amoue a
me plagas tuas. **F**ortitudine man-
tue ego defeci in increpationibus. **P**ropter
iniquitatem corripuisti hominem. **E**t
tabescere fecisti sicut araneam animam
eius. **U**eruntamen uane conturbatur
omnis homo. **G**raudi orationem meam **dne**
am et deprecationem meam. **A**uribus percipe
lacrimas meas. **N**e sis leas quoniam aduena
ego sum apud te et peregrinus. **S**icut
omnes patres mei. **R**emitte michi
ut refrigerer prius quam abeam. **E**t am-
plius non ero. **Psalmus David.**

Expectans expectaui dñm. et inten-
dit m̄. **E**t exaudiuit preces meas.
et eduxit me de lacu miserie et de luto
fecis. **E**t statuit supra petram pedes
meos. et direxit gressus meos. **E**t immi-
sit in os meum canticum nouum. carm̄
deo n̄ro. **V**idebunt multi et timebunt. et
sperabunt in domino. **B**eatul uir cuius
est nomen dñi spes eius. et non respexit
in uanitates et insanas fallas. **M**ulta
fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua.
et cogitationib; tuis non est quis similis
sit tibi. **A**nnuntiaui et locutus sum.
multiplicati sunt sup numerum. **S**acr-
ficium et oblationem noluisti. aures aut̄
perfecisti m̄. **H**olocaurtum et p̄ pecca-

to non postulasti. tunc dixi ecce uenio. **I**n
 capite libri scriptum est de me ut facerem
 uoluntatem tuā deus meus uoluy. et legem
 tuam in medio cordis mei. **A**nnunciauy
 iusticiam tuam in ecclesia magna. ecce labia
 mea non prohibeo dñe tu scisti. **I**usticiā
 tuam non abscondi in corde meo. ueritatem
 tuam et salutare tuū dixi. **N**on abscondi
 misericordiam tuam et ueritatem tuam. a concilio
 multo. **T**u autē dñe ne longe facias
 miserationes tuas ame. misericordia tua et ueritas
 tua semp suscepunt me. **T**u autē do-
 mine ne longe facias miserationes tuas
 ame. misericordia tua et ueritas tua semper
 suscepunt me. **Q**uō circumdederunt
 me mala quoy non ē numerus. compe

ut auferant eam

henderunt me iniquitates mee & non potui
ut uiderem. **M**ultiplicate sunt sup capil
los capillos capitis mei. & cor meum dere
liquit me. **C**omplaceat tibi dñe ut e
ruas me. dñe ad adiuuandum me respice.
Confundant & reuerent simul. qui q
runt animam meam. **C**onuertantur re
trosum & reuerent. qui uolunt in mala.
Ferant confestim confusionem suam.
qui dicunt in euge euge. **E**xultent &
letentur sup te omnes querentes te. & di
cant semper magnificet dñs qui diligit
salutare tuum. **E**go aut mendicus sum
& paup. dñs sollicitus est mei. **A**din
tor meus & protector meus tuus. deus
meus ne tardaueris. **an** **H**ic non delinquam in

uita mea. *an* Sana domine. *evovae.* *psalmus dauid.*

Beatissimus qui intelligit sup egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus. **D**ominus conseruet eum et uiuificet eum. et beatum faciat eum in terra et non tradat eum in animas inimicorum eius

Omnis opem ferat illi sup lectum dolens eius. uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.

Ego dixi domine misere re mei. sana animam meam quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala michi. quando mouet et pibit nomen eius. **E**t si ingrediebatur ut uideret uana loquebatur. cor eius congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras et loquebatur iniquum. **A**d uersum me susurrabant omnes inimici

mei: aduersum me cogitabant mala michi.

Uerbum iniquum constituerunt aduersum
me: numquid qui dormit non adiciet
ut resurgat. **E**t enim homo pacis mee
in quo speravi qui edebat panes meos:
magnificauit super me supplantationem.

Tu autem domine miserere mei et resuscita
me et retribuam eis. **I**n hoc cognoui

quoniam uoluisti me: quoniam non gaudebit ini-
micus meus super me. **M**e autem propter in-
nocentiam suscepisti: et confirmasti me
in conspectu tuo in eternum. **B**enedictus

dominus deus israel a seculo et in seculum. fiat

Quemadmodum **f**iat.
desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum: ita desiderat anima mea ad te

52

deus. **S**ituit anima mea ad dñm fon-
tem uiuum. quando ueniam ⁊ apparebo
ante faciem dei. **F**uerunt michi lacri-
me mee panes die ac nocte. dum dicitur
in cottidie ubi est deus tuus. **H**ec recor-
datus sum ⁊ effudi in me animā meā. q̄-
niam transibo in locum tabernaculi admi-
rabilis usq; ad domum dei. **I**n uoce
exultationis ⁊ confessionis. sonus epulan-
tis. **Q**uare tristis es anima mea. ⁊ qua-
re conturbas me. **S**pera in deo qm̄ ad-
huc confitebor illi. salutare uultus mei ⁊
deus meus. **A**d meipm̄ anima mea con-
turbata ē. p̄terea memor ero tui de terra
iordanis ⁊ hermonim a monte modico.
Abysus abyssum inuocat. in uoce cata

gente non sancta: ab homine iniquo et
doloso erue me. **Q**uia tu es deus meus
fortitudo mea: quare me repulisti quare
tristis incedo dum affligit me inimicus

Emitte lucem tuam et ueritatem tuam:
ipsa me deduxerunt et adduxerunt in mo-
tem sanctum tuum et in tabernacula tua:

Et introibo ad altare dei: ad dominum qui le-
tificat iuuentutem meam. **C**onfitebor

tibi in cythara deus deus meus: quare
tristis es anima mea et quare conturbas

me. **S**pera in deo quoniam adhuc confite-
bor illi: salutare uultus mei et deus meus.

Deus auribus nostris audiuit:
patres nostri annuntiauerunt nobis

Opus quod operatus es in diebus eorum: et

in diebus antiquis. **M**anus tua gentes
disperdidit et plantasti eos. afflixisti po-
pulos et expulisti eos. **N**ec enim in gla-
dio suo possederunt terram. et brachium
eorum non saluauit eos. **S**ed dextera
tua et brachium tuum et illuminatio uul-
tus tui. quoniam complacuisti in eis. **T**u es
ipse rex meus et deus meus. qui mandas
salutes iacob. **I**n te inimicos nostros uen-
tilabimus cornu. et in nomine tuo sperne-
mus insurgentes in nobis. **N**on enim
in arcu meo sperabo. et gladius meus non
saluabit me. **S**aluasti enim nos de
affligentibus nos. et odientes nos confudis-
ti. **I**n deo laudabimus tota die. et in no-
mine tuo confitebimur in seculum. **N**unc autem

59
repulisti & confundisti nos: & non egredie-
ris deus in uirtutibus nostris. **A**uertisti
nos retrorsum post inimicos nostros: & qui
oderunt nos diripiebant sibi. **D**edisti
nos tamquam oues escarum: & in gentibus
dispulisti nos. **V**endidisti populum tuum si-
ne precio: & non fuit multitudo in com-
mutationibus eorum. **P**osuerunt nos obprobrium
uicinis nostris: subsannationem & derisionem
his qui in circuitu nostro sunt. **P**osuerunt
nos in similitudinem gentibus: commotionem
capitis in populis. **G**ota die uerecundia me-
a contra me est: & confusio faciei mee
cooperuit me. **A** uoce exprobrantis et ob-
loquentis: a facie inimici & persecutis.
Hec omnia uenerunt super nos nec obliti

sumus te: et inique non egimus in testame-
to tuo. **E**t non recessit retro cor nr̄m:
& declinasti semitas nr̄as a uia tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis:
& cooperuit nos umbra mortis. **S**i obli-
ti sumus nomen dei nr̄i: & si expandimus
manus nr̄as ad dñm alienū. **N**on ne
deus requireret ista: ipse enim nouit abscon-
dita cordis. **Q**uoniam propter te mortificamur
tota die: estimati sumus sicut oues oc-
cisionis. **E**xurge quare obdormis dñe:
exurge & ne repellas in finem. **Q**uare
faciem tuam auertis: obliuisceris inopie
nr̄e & tribulationis nr̄e. **Q**uoniam humiliata
est in puluere anima nr̄a: conglutinatus
est in terra uenter noster. **E**xurge dñe

55
adiuuua nos . ⁊ redime nos ppter nomen tuū.

Suctauit cor meum uerbum *psalmus dauid.*

bonum . dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe . uelociter

scribentis . **S**peciosus forma pte filis homi-

num . diffusa ē grā in labiis tuis . ppterea

benedixit te deus in eternum . **A**ccingere

gladio tuo sup femur tuū . potentissime .

Specie tua ⁊ pulcritudine tua . intende p-

spere pspere pcedere ⁊ regna . **P**ropter ueri-

tatem ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiam . ⁊ dedu-

cet te mirabilit̄ dextera tua . **S**agitte tue

accute . ppli sub te cadent in corde inimicor̄

regis . **S**edes tua deus in sc̄m sc̄i . uirga

directionis uirga regni tui . **D**ilexisti ius-

ticiam ⁊ odisti iniquitatem . ppterea iuxit

te deus deus tuus oleo leticie pre confor-
tib; tuis. **Q**urra ⁊ gutta ⁊ cassia auel-
timentis tuis a domibus eburneis. ex q̄
bus delectauerunt te filie regum in ho-
nore tuo. **A**stitit regina a dextris tuis
in uestitu deaurato. circumdata uarietate.
Audi filia ⁊ uide. ⁊ inclina aurem tuam.
⁊ obliuiscere pplm tuum ⁊ domu patris
tui. **E**t concupiscet rex decorem tuum.
qm̄ ip̄e est dominus deus tuus ⁊ adora-
bunt eum. **E**t filie tyri in muneribus
uultum tuum deprecabunt. omnes diuites
plebis. **O**mnis gloria eius filie regis ab-
intus infubris aureis. circum amicta
uarietatib;. **A**dducent regi uirgines post
eam. prime eius afferent tibi. **A**fferen-

dei: sanctificauit tabernaculum suum altissi-
mus. **D**eus in medio eius non comouebit:
adiuuabit eam deus mane diluculo. **C**on-
turbate sunt gentes et inclinata sunt regna:
dedit uocem suam mota est terra. **D**ñs uir-
tutum nobiscum: susceptor nŕ deus iacob.

Venite et uideate opa dñi: que posuit pŕdi-
gia sup̄ terram: auferens bella usq; ad finē
terre. **A**rcum conteret et confringet ar-
ma: et scuta comburet igni. **V**acate et uide-
te qm̄ ego sum deus: exaltabor in gentib;:
et exaltabor in terra. **D**ñs uirtutum no-
biscum: susceptor nŕ deus iacob. *ps̄ dauid*

Omnes gentes plaudite manibus:
uibilate deo in uoce exultationis
Qm̄ dominus excelsus terribilis: rex mag-

nus sup omnem terram. **S**ubiecit p̄p̄os
 nobis. ⁊ gentes sub pedibus n̄ris. **E**legit
 nobis hereditatem suam. speciem iacob quam
 dilexit. **A**scendit deus in iubilo. ⁊ dñs in uoce
 tube. **P**sallite deo n̄ro psallite. psallite regi
 n̄ro psallite. **Q**m̄ rex omnis terre deus. psalli
 te sapienter. **R**egnauit deus sup gentes.
 deus sedet sup sedem sanctam suam. **P**ri
 cipes p̄p̄oz congregati sunt cum deo habra
 ham. qm̄ dij fortes terre uehement̄ eleuati
 sunt.

an̄ Adutor in tribulationibz *an̄* Auribus evoxe. *p̄* dauid.

Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis.
 in ciuitate dei n̄ri in monte sancto
 eius. **F**undatur exultatione uniuerse ter
 re. mons syon latera aquilonis ciuitas regis

magni **D**eus in domibus eius cognoscetur:
cum suscipiet eam. **Q**uoniam ecce reges congregati
sunt. conuenerunt in unum. **I**psi in
dentes sic ammirati sunt conturbati sunt
comoti sunt. tremor apprehendit eos. **I**bi do
lores ut parturientis. in spiritu uehementi con
teres naues tharsis. **S**icut audiuimus
sic uidimus in ciuitate domini uirtutum. in ci
uitate dei nostri. deus fundauit eam in eter
num. **S**uscepimus deus misericordiam tuam.
in medio templi tui. **S**ecundum nomen tu
um deus sic et laus tua in fines terre. ius
ticia plena est dextera tua. **L**etetur mos
syon et exultent filie iude. propter iudicia
tua domine. **C**ircumdate syon et com
plectimini eam. narrate in turribus eius.

58
Ponite corda u^{ra} in uirtute eius. et
distribuite domus eius ut enarretis in p
gene altera. **Q**m hic est deus deus nos
ter in eternum et in sc^lm sc^li. ipe reget

Medite p^r dauid. **T**uos in secula
hec omnes gentes. auribus p^rci
te qui habitatis orbem. **O** vique terrige
ne et filij hominum. simul in unum diues
et pauper. **O**s meum loquetur sapienti
am. et meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam. ape
riam in psalterio p^rositionem meam. **Q**ur
timebo in die mala. iniquitas calcanei mei
circumdabit me. **Q**ui confidunt in uirtu
te sua. et in multitudine diuitiarum suar^{um}
gloriantur. **F**rater non redimet. redimet

homo: et non dabit deo placationem suam.
Et precium redemptionis sue: ^{anime} et laborabit
in eternum ^{uiuet} et adhuc in finem. **N**on uidebit
in teritum cum uiderit sapientes morientes:
simul insipiens et stultus peribunt. **E**t relin-
quent alienis diuitias suas: et sepulcra eorum
domus illorum in eternum. **T**abernacula eorum
in progenie et progenie uocauerunt nomina
sua in terris suis. **E**t homo cum in ho-
nore esset non intellexit: comparatus
est iumentis insipientibus: et similis factus
est illis. **N**ec uia illorum scandalum ipsis:
et postea in ore suo complacebunt. **S**i-
cut oues in inferno positi sunt: mors de-
pascet eos. **E**t dominabunt eorum iusti
in matutino: et auxiliu[m] eorum ueterascet in

59
inferno a gl'a eoz. **U**eruntamen deus
redimet animam meā de manu inferi cū
acceperit me. **N**e timueris cum diues
factus fuerit homo. ⁊ cum multiplicata
fuerit gloria domus eius. **Q**m̄ cum in
terierit non sumet omnia. neq; descendet
cum eo gl'a eius. **Q**uia anima eius in ui
ta ip̄ius benedicet. confitebit tibi cum be
nefeceris eis. **I**ntroibit usq; in p̄genies
patrum suoz. ⁊ usq; in eternum non uide
bit lumen. **H**omo cum in honore esset
non intellexit. comparatus ē iumentis in
sipientib; ⁊ similis factus est illis. **an̄. Auri**

bus percipite qui habitatis orbem. **an̄. Deus** deoz.

Deus deorum dominus locutus
ē. ⁊ uocauit terram. **A** solis ortu

usq; ad occasum. exhyon species decoris ei.
Deus manifeste ueniet. deus nr & non
silebit. **I**gnis in conspectu eius exardet
cet. & in circuitu ei tempestas ualida.

Aduocauit celum desursum. & terram
discernere pplm suu. **C**ongregate illi scos
ei. qui ordinant testamentu eius sup sacri
ficia. **E**t annuntiabunt celi iusticiam ei.
qm deus iudex est. **A**udi pls meus &
loquar isrl. & testificabor tibi deus deus
tuus ego sum. **N**on in sacrificiis tuis ar
guam te. holocausta aut tua in conspectu
meo sunt semp. **N**on accipiam de domo
tua uitulos. neq; de gregib; tuis hircos.
Qm mee sunt omnes fere siluarum. ium
ta in montib; & boues. **C**ognoui omnia

uolatilia celi: et pulcritudo agri mecum est.

Si esuriere non dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius.

Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hyrcorum potabo.

Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo uota tua.

Et inuoca me in die tribulationis: et eruiam te et honorificabis me.

Peccatorum autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamentum meum pro os tuum.

Tu uero odisti disciplinam: et precisti sermones meos retrorsum.

Si uidebas furem: curabas cum eo: et cum adulteris porcionem tuam ponebas.

Os tuum habundauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loqueba

ris. ⁊ aduersus filium matris tue pone
bas scandalum. ⁊ hec fecisti ⁊ tacuisti. **Ex**
istimasti inique quod ero tui similis. ⁊ argu
am te ⁊ statuam contra faciem tuam.

Intelligite hec qui obliuiscimini dominum. ne
quando rapiat ⁊ non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me. ⁊
illuc iter quo ostendam illi salutare dei.

Miserere mei deus. secundum magis **psalmus dauid.**

Misericordiam tuam. **E**t secundum

multitudinem miserationum tuarum. dele
iniquitatem meam. **A**mplius laua me ab

iniquitate mea. ⁊ a peccato meo munda
me. **Q**uia iniquitatem meam ego cognos
co. ⁊ peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci.

61

ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas cum
iudicaris. **E**cce enim in iniquitatibus concep-
tus sum et in peccatis concepit me mater
mea. **E**cce enim ueritatem dilexisti incerta
et occulta sapientie tue manifestasti mihi. **A**s-
perges me domine ysope et mundabor. Laua-
bis me et super niuem dealbabor. **A**uditus
meo dabis gaudium et leticiam et exultabunt
ossa humiliata. **A**uerte faciem tuam a
peccatis meis et omnes iniquitates meas de-
le. **C**or mundum crea in me deus et
spiritum rectum innoua in uisceribus meis. **N**e
spicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me. **R**edde michi leticiam sa-
lutaris tui et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas et impij ad te

conuertentur. **L**ibera me de sanguinibus deus
deus salutis mee. et exultabit lingua mea ius-
ticiam meam. **D**ne labia mea aperies. et
os meum annuntiabit laudem tuam. **Q**uoniam
si uoluisses sacrificium dedissem utique. holo-
caustis non delectaberis. **S**acrificium deo
spiritus contribulatus. cor contritum et hy-
miliatum deus non despicias. **B**enigne
fac domine in bona uoluntate tua syon.
ut edificentur muri ierusalem. **T**unc accepta-
bis sacrificium iusticie oblationes et holocau-
sta. tunc imponent super altare tuum uittulos.

UIDO GLABIS

in malicia: qui po-
tens es iniquitate.


Tota die iniustici-
am cogitavit lin-
gua tua: sicut no-
uacula accuta fecis-
ti dolum. **D**ilexisti

maliciam sup benignitatem: iniqui-
tatem magis quam loqui equitatem.

Dilexisti omnia uerba precipitatio-
nis: lingua dolosa. **P**ropterea ds

destruet te in finem: euellet te & emi-
grabit te de tabernaculo tuo: & radice

tuam de terra uiuentium. **U**idebunt
iusti & timebunt: & super eum ridebunt



4

et dicent: ecce homo qui non posuit deum
 adiutorem suum. **S**ed speravit in mul-
 titudine divitiarum suarum. et prevaluit in
 vanitate sua. **E**go autem sicut oliua fruc-
 tifera in domo dei speravi in misericordia
 dei in eternum et in seculum seculi. **C**onfitebor
 tibi in seculum quia fecisti. et expectabo nomen
 tuum quoniam bonum est ante conspectum
 sanctorum tuorum. **an** Deus deorum dominus locutus est.

Immola deo sacrificium laudis. Et redde ei **laudes an.**
Secundum magnam misericordiam tuam miserere mei deus.

evovae. an Salutare uultus mei deus meus. **evovae.**

an Adote de luce uigilo deus. **evovae. an** Cunctis diebus

uite ure saluos nos fac domine. **evovae. an** Omnes

num. **D**eus de celo prosperit super fili-
os hominum. ut uideat si est intelligens
aut requirens deum. **O**mnes declina-
uerunt. simul inutiles facti sunt. non est
qui faciat bonum non est usque ad unum.
Nonne scient omnes qui operantur
iniquitatem. qui deuorant plebem me-
am ut cibum panis. **D**eum non inuo-
cauerunt. illic trepidauerunt timore
ubi non fuit timor. **Q**uoniam deus dissipauit
ossa eorum qui hominibus placent. confu-
si sunt quoniam deus spreuit eos. **Q**uis da-
bit ex syon salutare israhel. cum conuerte-
rit dominus captiuitatem plebis sue
exultabit iacob et letabitur israhel.

psalmus dauid.

64
DEVS in nomine tuo saluum me
fac. ⁊ in uirute tua iudica me.

DEUS exaudi orationem meam. auribus
percipe uerba oris mei. **Q**uoniam alieni in
surrexerunt aduersum me ⁊ fortes quesie
runt animam meam. ⁊ non proposuerunt
dominum ante conspectum suum.

Ecce enim
deus adiuuat me. ⁊ dominus susceptor
est anime mee.

Auerte mala inimicis
meis. in ueritate tua disperde illos. **U**o
luntarie sacrificabo tibi. ⁊ confitebor
nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quoniam
ex omni tribulatione eripuisti me. ⁊ su
per inimicos meos desperit oculus meus.

Daudi deus orationem meam. ⁊ **ps** dauid.
ne despereris deprecationem me

am. intende michi ⁊ exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea
⁊ conturbatus sum a uoce inimici
⁊ a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates ⁊ in ira

molesti erant mihi. **C**or meum conturbatum
est in me ⁊ formido mortis cecidit
sup me. **T**umor ⁊ tremor uenerunt
sup me ⁊ contexerunt me tenebre.

Et dixi. quis dabit michi pennas
sicut columbe ⁊ uolabo ⁊ requiescam.

Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in
solitudine. **E**xpectabam eum qui saluum

me fecit a pusillanimitate spiritus ⁊ a tempestate.

Precipita domine diuide linguas eorum
quoniam uidi iniquitatem ⁊ conturbatum

dictionem in ciuitate. **D**ie & nocte cir-
cumdabit eam sup muros eius iniquitas.
& labor in medio eius & iniusticia. **E**t n̄
defecit de plateis eius usura & dolus.

Qm̄ si inimicus meus maledixisset m̄.
sustinuissem utiq; **E**t si is qui oderat
me sup me magna locutus fuisset. abscon-
dissem me forsitā ab eo. **T**v uero ho-
mo unanūis. dux meus & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos.
In domo dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors sup illos. & descendant in
infernum uiuentes **Q**m̄ nequicie in
habitaculis eoz. in medio eoz. **E**go
aūt ad dñm clamaui. & dominus salua-
uit me. **V**espere & mane & meridie nar-

rabō ⁊ annuntiabo ⁊ exaudiet uocem
meā. **R**edimet in pace animam meā
ab hīs qui appropinquant michi. qm̄
inter multos erant mecum. **E**xaudi
et deus ⁊ humiliabit illos ⁊ qui est ante
secula. **N**on enim est illis commutati
ō. ⁊ non timuerunt dñm ⁊ extendit ma
num suam in retribuendo. **C**ontami
nauerunt testamentum ei. ⁊ diuisi sunt
ab ira uultus ei. ⁊ appropinquauit cor
illius. **M**olliti sunt sermones eius su
per oleum ⁊ ipi sunt iacula. **L**acta su
per dñm curam tuam ⁊ ipse te enutriet
⁊ non dabit in eternum fluctuationem
iusto. **T**u uero deus deduces eos in
puteum interitus. **U**ri sanguinum et

66
dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem
sperabo in te domine.

an Auertat dominus captiuitatem plebis sue. *an* Quoniam. *an* exovae

Miserere mei deus quoniam con *p* dauid.

Culcauit me homo: tota die in
pugnans tribulauit me. **C**onculcauerunt
me inimici mei tota die: quoniam multi bellan-

tes aduersum me. **A**b altitudine diei ti-
mebo: ego uero in te sperabo. **I**n deo

laudabo sermones meos in deo speraui:
non timebo quid faciat in caro. **T**ota
die uerba mea execrabantur: aduersum
me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt et abscondent: ipsi calca-
neum meum obseruabunt. **S**icut sus

tinuerunt animam meam: p nichilo sal
uos facies illos: in ira p̄p̄os confringes.
Deus uitam meam annunciaui tibi:
posuisti lacrimas meas in conspectu tu
o. **S**icut et in p̄missione tua: tunc
conuertent̄ inimici mei retrosum. **I**n
quacumq; die inuocauero te: ecce cog
nouit̄ qm̄ deus meus es. **I**n deo lauda
bo uerbum: in domino laudabo sermo
nem: in deo speraui non timebo quid
faciat michi homo. **I**n me sunt deus
uota tua: que reddam laudationes t̄.
Qm̄ eripuisti animam meam de mor
te et pedes meos de lapsu: ut placeam
coram deo in lumine uiuentium. **Ps̄ 100.**

Miserere mei deus miserere mei:

quō in te confidit anima mea. **E**t in
 umbra alarum tuarū sperabo. donec trā
 seat iniquitas. **C**lamabo ad deum altis
 simum. deum qui bene fecit michi. **Mi**
 sit de celo et liberauit me. dedit in obpū
 um conculcantes me. **V**isit deus mise
 ricordiam suam et ueritatem suam. et eri
 puit animam meam de medio catulorū
 leonum. dormiū conturbatus. **F**ilij
 hominum dentes eorū arma et sagitte.
 et lingua eorū gladius accutus. **E**xalta
 re sup celos deus. et super omne terram
 glā tua. **L**aqueum parauerunt pedibz
 meis. et incuruauerunt animā meam.
Foderunt ante faciem meā foueam. et
 inciderunt in eam. **P**aratum cor meū

deus paratum cor meum. cantabo et psal-
mum dicam. **E**xurge gloria mea. exur-
ge psalterium et cythara. exurgam dilu-
culo. **C**onfitebor tibi in populis domine. et
psalmum dicam tibi in gentibus. **Q**uonia
magnificata est usque ad celos misericordia tu-
a. et usque ad nubes ueritas tua. **G**al-
tate super celos deus. et super omnem ter-
ram gloria tua.

*Quoniam in te confidit anima mea. A. Iuste in-
uocae.*

Si vere utique iusticiam loquimini.
recte iudicate filij hominum.

Et enim iniquitates in corde operamini
in terra. iniusticias manus uestrae concinnant.

Alienati sunt peccatores a uulua. terra

uerunt ab utero · locuti sunt falsa. **F**v

ror illis scdm similitudinē serpentis · si
cut aspidis surde ⁊ obturantis aures su

as. **Q**ue non exaudiet uocem in cantan
tium · ⁊ uenefici incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorū in ore iporū ·
molas leonum confringet dominus.

Ad nichilum deuenient tamquam
aqua decurrens · intendit arcum suum
donec infirmēt. **S**i cera que fluit

auferentur · sup cecidit ignis ⁊ non ui
derunt solem. **P**rius quam intellige
rent spine ur̄e ramnum · sicut uiuentes

sicut in ira absorbet eos. **L**etabitur
iustus cum uiderit uindictam · manus

suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et dicit homo: si utiq; est fructus ius-
to. utiq; e deus iudicans eos in terra.
Eripe me de inimicis meis **p**
deus meus. et ab insurgentibus in
me libera me. **E**ripe me de operan-
tibus iniquitatem. et de uiris sanguinum
salua me. **Q**uia ecce ceperunt anima
meam. irruerunt in me fortes. **N**eq;
iniquitas mea neq; peccatum meum dñe.
sine iniquitate cucurri et direxi. **E**xur-
ge in occursum meum et uide. et tu domi-
ne deus uirtutum deus isrl. **I**ntende
ad uisitandas omnes gentes. non mise-
rearis omnibus qui operantur iniquitate.
Conuertentur ad uesperam. et famem pa-
cientur ut canes. et circuibunt ciuitatem.

69
Ecce loquentur in ore suo. ⁊ gladius in
labiis eorum. quō quis audiuit. **E**t tu
domine deridebis eos. ⁊ ad nichilum dedu-
ces omnes gentes. **F**ortitudinem meam
ad te custodiam. quia deus susceptor me-
us es. ⁊ deus meus misericordia eius preueniet
me. **D**eus ostendit michi sup inimicos
meos. ne occidas eos. ⁊ ne quando obliuis-
cant ppli mei. **D**isperge illos in uirtute
tua. ⁊ depone eos protector meus dñe.
O elictum oris eorum sermonem labiorum
eorum. ⁊ comprehendant in supbia sua.
Et de execratione ⁊ mendatio annun-
tiabuntur in consummatione. ⁊ in ira con-
summationis ⁊ non erunt. **E**t scient
quia deus dominabit iacob. ⁊ finium

terre. **C**onuertentur ad uesperam. ⁊ fa-
men patientur ut canes. ⁊ ciciubunt ci-
uitatem. **I**psi dispergent ad manducan-
dum. si uero non fuerint saturati ⁊ mur-
murabunt. **E**go autē cantabo fortitu-
dinem tuam. ⁊ exultabo mane misericordiam
tuam. **Q**uia factus es susceptor meus
⁊ refugium meū. in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam. quia deus
susceptor meus. deus meus misericordia mea.

an. Iuste iudicate filij hominum. **an.** Da nobis. exoraē.

Deus repulisti nos ⁊ destruxisti nos.
iratus es ⁊ misertus es nobis.

Commouisti terram ⁊ conturbasti eam.
sana contritiones eius quia commota ē.

Ostendisti pplo tuo dura. potasti nos

uino compunctionis. **D**edisti metuen-
tibus te significationem. ut fugiant a
facie arcus. **U**t liberentur dilecti tui.
saluum fac dextera tua et exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo. leta-
bor et partabor sycimam et conuallem ta-
bernaculorum dimociar. **D**eus est gala-
ath et meus est manasses. et effraym for-
titudo capitis mei. **J**uda rex meus.

moab olla spei mee. **I**n idumeam ex-
tendam calciamentum meum. michi alie-
niene subditi sunt. **Q**uis deducet

me in ciuitatem munitam. quis dedu-
cet me usque in ydumeam. **N**onne

tu deus qui repulisti nos. et non egredi-
eris deus in uirtutibus nostris. **O**a nobis

auxilium de tribulatione: quia uana salus hominis. **I**n deo faciemus uirtute:

et ipse ad nichilum deducet tribulantes nos.

Exaudi deus deprecationem. **ps. 88.**
meam: intende orationi mee.

A finibus terre ad te clamaui dum
anxiaretur cor meum: in petra exaltasti

me. **D**eduxisti me quia factus es spes
mea: turris fortitudinis a facie inimici

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula:
protegar in uelamento alarum tuarum.

Omni tu deus, ^{meus} exaudisti orationem mea:
dedisti hereditatem timentibus nomen

tuum. **D**ies super dies regis adicies: an
nos eius usque in diem generationis et

generationis. **P**ermanet in eternum i

171
conspectu dei. misericordiam et ueritatem eius
quis requireret. Sic psalmum dicam
nomini tuo in seculum seculi. ut reddam uota
mea de die in diem. *an* ^{I I I} ^{I I I} ^I
Da nobis domine au-

^{I I I} ^{I I I}
xilium de tribulatione. *an* ^{I I I} ^{I I I}
A timore inimici. *evovae.*

Donne deo subiecta erit anima *p dauid.*

ma mea ab ipso enim salutare
meum. **N**am et ipse deus meus et saluta-

ris meus. adiutor et susceptor meus non
moueboz amplius. **Q**uo usque irruitis

in hominem. interficitis uniuersi uos. tam
quam parieti inclinato et macerie depul-

se. **U**eruntamen precium meum cogi-
tauerunt repellere. cucurrerunt in sitiore suo
benedicebant et corde suo maledicebant.

Veruntamen deo subiecta esto anima

mea: quō ab ipō patientia mea. **Q**uā
ipē est deus meus ⁊ saluator meus: ad
iutor meus non emigrabo. **I**n deo sa
lutare meum ⁊ glia mea: deus auxili
mei et spes mea in deo est. **S**perate
in eo omnis congregatio ppli. ⁊ effundi
te coram illo corda ur̄a: deus adiutor
noster in eternum. **V**eruntamen uani
filij hominū. ⁊ mendaces filij hominum
in stateris: ut decipiant ipi de uanitate
in id ipm. **N**olite sperare iniquitate.
⁊ rapinas nolite concupiscere: diuicie si
affluunt nolite cor apponere. **S**emel
locutus est deus duo hec audiui. ⁊ quia
potestas dei est. ⁊ tibi dñe misericordia: quia
tu reddes unicuiq; iuxta opera sua. **V**

Deus deus meus ad te de luce vi-
 gilo **S**icuti in te anima mea
 quam multipliciter tibi caro mea. **I**n
 terra deserta inuia et in aquosa. sic in sco
 apparui tibi. ut uiderem uirtutem tuam
 et gloriam tuam. **Q**uia melior est mise-
 ricordia tua super uitas. labia mea lau-
 dabunt te. **S**ic benedicam te in uita
 mea. et in nomine tuo leuabo meas. **S**i-
 cut adipe et pinguedine repleatur anima
 mea. et labiis exultationis laudabit os
 meum. **S**i memor fui tui super stratum
 meum. in matutinis meditabor in te. quia
 fuisti adiutor meus. **E**t in uelamento
 alarum tuarum exultabo. adhesit anima me-
 a post te. me suscepit dextera tua. **I**p

X

si uero in uanum quesierunt animam me
am. ⁊ introibunt in inferiora terre. ⁊ traden
tur in manus gladij partes uulpiū erūt

Rex uero letabitur in deo. ⁊ laudabun
tur omnes qui iurant in eo. ⁊ quia obstruc
tum ē os loquentium iniqua

Fraudi deus orationem ^{meam} cum depre
cor. ⁊ a timore inimici eripe animā

meam. **P**roteristi me a conuentu ma
lignantium. ⁊ a multitudine operantium
iniquitatem. **Q**uia exaceruerunt ut gla
dium linguas suas. ⁊ intenderunt arcum

rem amarā. ⁊ ut sagittent in occultis in
maculatum. **S**ubito sagittabunt eū

⁊ non timebunt. ⁊ firmauerunt sibi sermo
nem nequam. **N**arrauerunt ut abscon

derent laqueos · dixerunt quis uidebit eos.
Scrutati sunt iniquitates · defecerunt
 scrutantes scrutiny. **A**ccedet homo ad
 cor altum · et exaltabitur deus. **S**agitte
 paruulorum facte sunt plage eorum · et infir-
 mate sunt contra eos lingue eorum. **Q**on-
 turbati sunt ^{omnes} qui uidebant eos · et timuit
 omnis homo. **E**t annuntiauerunt ope-
 ra dei · et facta eius intellexerunt. **L**eta-
 bitur iustus in domino · et sperabit in
 eo · et laudabunt omnes recti corde. *ps david.*

Te decet ymnus deus in syon · et tibi
 reddetur uotum in ierlm. **G**raudi
 orationem meam · ad te omnis caro ueni-
 et **U**erba iniquorum preualuerunt super
 nos · et impietatibus nostris tu propiciaberis.

Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti. inha-
bitabit in atrijs tuis. **R**eplebimur in bo-
nis domus tue. sanctum ē templum tuū
mirabile in equitate. **E**xaudi nos d's
salutaris n'r. spes omnium finium terre
⁊ in mari longe. **P**reparans montes in
uirtute tua accinctus potentia; qui con-
turbas pfundum maris. sonum fluituum
eius. **T**urbabunt gentes ⁊ timebunt
qui inhabitant terminos a signis tuis.
exitus matutini ⁊ uespere delectabis.
Visitasti terram ⁊ inebriasti eam. multi-
plicasti locupletate eam. **F**lumen dei
repletum^{est} aquis. parasti cibum illoꝝ. qm̄
ita est preparatio eius. **R**iuos eius in-
ebria multiplica genimina eius. in stilli:

cidius eius letabitur germinans. **B**ene
 dicens corone anni benignitatis tue: et
 campi tui replebunt ubertate. **P**ingues
 cent speciosa deserti. **E**t exultatione colles
 accingentur. **I**nduti sunt arietes ouium.
 et ualles habundabunt frumento: clama
 bunt et eum ymnium dicent.

fr n n n n n n n n n n n n n n n n
an **A** timore inimici eripe domine animam meam.

Subilate deo **an** **I**n ecclesiis **evovae**
 omnis terra. **p**salmum dicite nomini ei.
 date glam laudi eius. **D**icite deo qd
 terribilia sunt opera tua domine: in mul
 titudine uirtutis tue. **O**mnis terra
 adoret te deus et psallat tibi: psalmum
 dicat nomini tuo. **V**enite et uidete ope

mencientur tui
 a tu.

ra dei: terribilis in consiliis sup filios ho-
minum. **Q**ui conuertit mare in aridam:
in flumine perstransibunt pede: ibi le-
tabimur in ipso. **Q**ui dominatur in uir-
tute sua in eternum: oculi eius super
gentes respiciunt: qui exasperant non
exaltentur in semetipsis. **B**enedicite
gentes deo nro: & auditam facite uocem
laudis eius. **Q**ui posuit animam mea
ad uitam: & non dedit in comotionem
pedes meos. **Q**ui probasti nos deus:
igne nos examinasti sicut examinatur
argentum. **I**nduxisti nos in laqueum:
posuisti tribulationes in dorso nro: im-
posuisti homines super capita nra. **T**ran-
siuimus p ignem & aquam: & eduxisti

nos in refrigerium. **I**ntroibo in domum
 tua in holocaustis. reddam tibi uota mea
 que distinxerunt labia mea. **E**t locutu
 e os meum. in tribulatione mea. **H**olo
 causta medullata offeram t cum in cen
 su arietum. offeram tibi boues cum hir
 cis. **V**enite audite et narrabo omnes q
 timetis dm. quanta fecit anime mee.

Ad ipm ore meo clamaui. et exultaui
 sub lingua mea. **I**niquitatem si asperi
 in corde meo. non exaudiet dms. **P**rop
 tera exaudiuit deus. et attendit uoci de
 pccationis mee. **B**enedictus deus. qui
 non amouit orationem mea et misericordiam

Deus miserere. **P**ro **C** suam ame.
 nostri et benedicat nobis. illumi

net uultum suum sup nos ⁊ misereatur
nri. **U**t cognoscamus in terra uiam tuā.
in omnibus gentib; salutare tuū. **C**on-
fiteant tibi populi deus. confiteantur t
ppli omnes. **L**etentur ⁊ exultent gen-
tes. qm iudicas ppls in equitate. et
gentes in terra dirigis. **C**onfiteantur
tibi ppli deus. confiteant tibi ppli om-
nes. terra dedit fructum suum. **B**e-
nedicat nos deus deus noster. benedi-
cat nos deus. ⁊ metuant eum omnes fi-
lies terre. *psalmus dauid*
Erurgat deus ⁊ dissipent inimi-
ci eius. ⁊ fugiant qui oderunt eum a
facie eius. **S**icut deficit fumus defi-
ciant. sicut fluit cera a facie ignis.

sic pereant peccatores a facie dei. **E**t
 iusti epulentur & exultent in conspectu
 dei. & delectentur in leticia. **C**antate
 deo psalmum dicite nomini eius. iter facite
 ei qui ascendit dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius turbabuntur
 a facie eius patris orphanorum & iudicis
 uiduarum. **D**eus in loco sancto suo deus
 inhabitare facit unius moris in domo.
Qui educit uinctos in fortitudine. si
 militer eos qui exasperant qui habitant
 in sepulcris. **D**eus cum egredereris in
 conspectu populi tui. cum pertransieris in de
 serto. **T**erra mota est & enim celi distilla
 uerunt a facie dei synay. a facie dei isrl.
Pluuiam uoluntariam segregabis deus

4
 4
 sup occasum
 4

hereditati tue et infirmata est: tu uero p
fecisti eam. **A**nimalia tua habitabit
in ea: parasti in dulcedine tua pauperi
deus. **D**ominus dabit uerbum euan
gelizantibus: uirtute multa. **R**ex uirtu
tum dilecti dilecti: et speciei domus diui
dere spolia. **S**i dormiatis in ter medi
os ceteros penne columbe de argentate:
et posteriora dorsi eius in pallore auri.
Qum discernit celestis reges super eam
niue dealbunt in selmon: mons dei mos
pinguis. **M**ons coagulatus mons pin
guis: ut quid suspicamini montes coagu
latos. **M**ons in quo beneplacitum e
deo habitare in eo: etenim dominus ha
bitabit in finem. **C**urrus dei decem mi

libus multiplex milia letantium. dñs in
eis in synay in sancto. **A**scendisti in altū.
cepisti captiuitatem. accepisti dona in ho
minibz. **E**tenim non credentes. inhabita
re dominū deum. **B**enedictus dñs die
cotidie. p̄sperum iter faciet nobis deus
salutarium n̄roz. **D**eus noster deus sal
uof faciendi. ⁊ dñi dñi exitus mortis.
Veruntamen deus confringet capita ini
micoz suoz. uerticem capilli p̄ambulan
tium in delictis suis. **D**ixit dñs ex ba
san conuertam. conuertam in p̄fundum
maris. **U**t intinguat̄ pes tuus in sangui
ne. lingua canum tuoz. ex inimicis ab
ip̄o. **V**iderunt ingressus tuos deus. in
gressus dei mei. regis mei qui ē in sancto.

Preuenierunt principes conuincti psal
lentibz in medio iuencularz tympanis
triaz. **I**n ecclesiis benedixit deo dno
de fontibz isrl. **I**bi beniamyn adoles
centulus in mentis excessu. **P**rinces
iuda duces eoz. principes zabulon pn
cipes ueptalim. **M**anda deus uirtuti
tue. confirma hoc deus qd operatus es
in nobis. **A** templo tuo quod est in
iherlm. tibi offerent reges munera. **I**n
crepa feras harundinis. congregatio tau
roz in uaccis pploz. ut excludant eos
qui probati sunt argento. **D**issipa ge
tes que bella uolunt. uenient legati ex
egypto. ethiopia preueniet manus eius
deo. **R**egna terre cantate deo. psallite

domino. **P**salte deo qui ascendit su-
per celum celi ad orientem. **E**cce dabit
uoci sue uocem uirtutis. ⁊ date gl'am deo
sup isrl' ⁊ magnificencia eius ⁊ uirtus eius
in nubibz. **M**irabilis deus in sanctis
suis. ⁊ deus isrl' ipse dabit uirtutem et
fortitudinem plebi sue. ⁊ benedictus d's.

an In ecclesiis benedicite domino. **V** Deus uitam mea
annunciaui t. posuisti la. meas in aspec. tuo. **Laudes**

Amplius laua me domine ab iniusticia mea.

evovae. **P** Misere. **an** Te decet. iustus deus.

in syon. evovae. **P** Ip'm **an** Labia mea laudabunt

evovae.

te in vita mea deus meus. **P** Deus deus. **an** Do

minus iudicabit fines terre. **P** Exultavit a. **T**eli

evovae.

celorum laudate deum. **P** Laudate. **Ad benedict.**

an Salutem ex inimicis nris & de manu omnium

qui nos oderunt libera nos domine. **Quinta feria.**
Invitatorium.

P Do deoremus tō dominū

quoniam ipse fecit nos. **P**
Venite. **an** Domine. evovae.

ALWM:ME
fac deus quoniam



intrauerunt aque usq; ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi. ⁊ non est substantia.

Veni in altitudinem maris.

⁊ tempestas dimerisit me. **L**aboravi cla-

mans. ⁊ raue facte sunt fauces mee. defecerunt oculi mei cū spero

in deo meo.

Multiplicati sunt sup capillos capitis

mei. qui oderunt me gratis. **C**onfortati

sunt qui p̄secuti sunt me inimici mei in-

iuste. que non rapui tunc exsoluebam.

Deus tu scis insipientiam meā. ⁊ de-

licta mea a te non sunt abscondita. **N**ō

erubescant in me qui expectant te domi-

ne. dñe uirtutum. **N**on confundant

sup me. qui querunt te deus isrl̄. **Q**m̄

p̄pter te sustinui obp̄brium. operuit cō-

fusio faciem meā. **E**xtraneus factus

sum fratribus meis. ⁊ peregrinus filius
matris mee. **Q**uoniam zelus domus tue
comedit me. ⁊ obprobria exprobrantium
tibi ceciderunt super me. **E**t operum
in ieiunio animam meam. ⁊ factum est
in obprobrium mihi. **E**t posui uestimen-
tum meum cilicium. ⁊ factus sum illis
in parabolam. **A**dversum me loque-
bantur qui sedebant in porta. ⁊ in me
psallebant qui bibebant uinum. **E**
go uero orationem meam ad te domine.
tempus beneplaciti deus. **I**n multitu-
dine misericordie tue exaudi me. in ueritate
salutis tue. **E**xipe me de luto ut non
infigar. libera me ab his qui oderunt
me. ⁊ de profundis aquarum. **N**on me

demergat tempestas aque. neque absorbeat
 me profundum. neque urgeat super me pu-
 teus os suum. **E**xaudi me domine
 quoniam benigna est misericordia tua. secundum multi-
 tudinem miserationum tuarum respice in
 me. **E**t ne auertas faciem tuam a pue-
 ro tuo: quoniam tribulor uelociter exaudi
 me. **I**ntende anime mee et libera eam.
 propter inimicos meos eripe me. **T**u scis
 imperium meum et confusionem meam.
 et reuerentiam meam. **I**n conspectu
 tuo sunt omnes qui tribulant me.
 imperium expectauit cor meum et
 miseriam. **E**t sustinui qui simul con-
 tristaretur et non fuit. qui consolaretur et
 non inueni. **E**t dederunt in escam

meam fel. ⁊ in siti mea potauerunt me
aceto. **F**iat mensa eorum coram ipsis
in laqueum. ⁊ in retributiones ⁊ in scan-
dalum. **O**bscurentur oculi eorum, ne uide-
ant. ⁊ dorsum eorum semp incurua. **E**f-
funde super eos iram tuam. ⁊ furor ire
tue comprehendat eos. **F**iat habita-
tio eorum deserta. ⁊ in tabernaculis eorum
non sit qui inhabitet. **Q**ui quem tu
percussisti persecuti sunt. ⁊ super dolorem
uulnerum meorum addi-
derunt. **A**p-
pone iniquitatem super
iniquitatem
eorum. ⁊ non intrent in
iusticiam tuam.
Deleantur de libro uiuentium. ⁊ cum
iustis non scribantur. **E**go sum pauper
⁊ dolens. salus tua deus suscepit me.

Laudabo nomen dei cum canticis: et mag-
 nificabo eum in laude. **E**t place-
 bit deo super vitulum novellum: cor-
 nua producentem et ungulas. **V**ideant pau-
 peres et letentur: querite dominum et vivet anima
 vestra. **Q**uia exaudivit pauperes dominus:
 et iunctos suos non despexit. **L**audent
 illum celi et terra: mare et omnia reptalia in
 eis. **Q**uia deus salvam faciet sion: et e-
 dificentur civitates iude. **E**t inhabita-
 bunt ibi: et hereditate adquirent eam.
Et semen servorum eius possidebit eam:
 et qui diligunt nomen eius habitabunt
Deus in adiutorium **ps.** **T**u in ca-
 meum intende: domine ad adiu-
 vandum me festina. **C**onfundantur

mea potestatem
 rila cor man
 tributus
 oculi cor
 imp motu
 niam
 At hab
 in taver
 Qu
 et
 detur
 un
 in
 me
 e
 g
 deus

et reuerentur: qui querunt animam me-
am. **A**uertantur retrosum et
erubescant: qui uolunt michi mala.

Auertant statim erubescentes: qui
dicunt in euge euge. **E**xultent et
letentur in te omnes qui querunt te: et
dicant semp magnificet dominus qui
diligunt salutare tuum. **E**go uero
egenus et paup sum: deus adiuua me.

Adiutor meus et liberator meus estu:
domine ne moreris

am **D**omine deus in adiutorium meum intende.
Et te domine **ps d d. a** Esto michi **evovae.**
Speraui non confundar in eternum: in
iusticia tua libera me et eripe me. **I**n

82
clina ad me aurem tuam. ⁊ salua me.

Esto in in deum p̄tectoorem. ⁊ in locū
munitum. ⁊ ut saluum me facias

Quoniam firmamentū meū. ⁊ refugium me
sum estu. **D**eus meus eripe me de
manu peccatoris. ⁊ de manu peccatoris
cont̄ legem agentis ⁊ iniqui. **Q**uoniam tu
es paciencia mea dñe. ⁊ dñe spes mea a
iuuentute mea. **I**n te confirmatus sum
ex utero. ⁊ de uentre matris mee tu es
p̄tector meus. **I**n te cantatio mea semp̄
tamquam p̄digium factus sum multis
⁊ tu adiutor fortis. **R**epleatur os me
um laude. ⁊ ut cantem gl̄iam tuā tota
die magnitudinem tuam. **D**e p̄cias
me in tempore senectutis. ⁊ cum defecerit

uirtus mea ne derelinquas me. **Q**uia
dixerunt inimici mei in. ⁊ qui custodiebat
animam meam consilium fecerunt in unum
Dicentes deus dereliquit eum. ⁊ persequi
mini ⁊ comprehendite eum. quia non est
qui eripiat. **D**eus ne elongeris a me.
deus meus in auxilium meum respice.
Confundantur ⁊ deficient detrahentes
anime mee. operiantur confusione ⁊ pudore
qui querunt mala michi. **E**go au
tem semper sperabo. ⁊ adiciam super omnem
laudem tuam. **O**s meum annuntiabit
iusticiam tuam. tota die salutare tuum.
Quia non cognoui litteraturam introibo
in potentiam domini. domine memorabor iusticie
tue solius. **D**eus docuisti me ex iuuentu

te mea ⁊ usq; nunc. ꝑnunciabo mirabilia
 tua. **E**t usq; in senectam ⁊ senium. ⁊ deus
 ne derelinquas me. **D**onec annuntiem
 brachium tuum. ⁊ generationi omni que
 uentura est. **P**otentiam tuam ⁊ iusticiã
 tuam deus usq; in altissima que fecisti mag
 nalia. ⁊ deus quis similis t̃. **Q**uanta
 ostendisti michi tribulationes multas ⁊
 malas. ⁊ conuersus uiuificasti me. ⁊ de
 abyssis terre iterum reduxisti me. **M**ul
 tiplicasti magnificentiam tuã. ⁊ conuersus
 consolatus es me. **N**am ⁊ ego confite
 bor tibi in uasis psalmi ueritatem tuã d̃s.
 psallam tibi in cythara sc̃s ist̃. **E**xulta
 bunt labia mea cum cantauero tibi. ⁊ et
 anima mea quam redemisti. **S**ed et

lingua mea tota die meditabit iusticiam
tuam. cum confusi et reueriti fuerint qui
querunt mala michi.

Deus iudicium tuum regi da. et
iusticiam tuam filio regis. **I**udi
care populum tuum in iusticia. et pauperes
tuos in iudicio. **S**uscipiant montes pa
cem populo. et colles iusticiam. **I**udicabit
pauperes populi. et saluos faciet filios pau
perum. et humiliabit calumpniatorem.
Et permanebit cum sole et ante lunam.
in generatione et generatione. **D**escen
det sicut pluuia in uellus. et sicut stilli
cidia stillantia super terram. **O**rietur
in diebus eius iusticia et habundantia pa
cis. donec auferat luna. **E**t dominabit

84
a mari usq; ad mare. ⁊ a flumine usq; ad
terminos orbis terrarum. **C**oram illo
precident ethiopes. ⁊ inimici eius terram
lingent. **R**eges tharsis ⁊ insule. mune
ra offerent. reges arabum ⁊ saba dona ad
ducent. **E**t adorabunt eum omnes re
ges. omnes gentes seruient ei. **Q**uia li
berauit pauperem a potente. ⁊ pauperem
cui non erat adiutor. **P**artem pauperi ⁊
inopi. ⁊ animas pauperum saluas faciet.
Ex usuris ⁊ iniquitate redimet animas
eorum. ⁊ honorabile nomen ^{eorum} coram illo. **E**t
uiuuet ⁊ dabitur ei de auro arabie. ⁊ ad
orabunt de ipso semp. tota die benedicent
ei. **E**rit firmamentum in terra in summis
montium. ⁊ sup extollet sup lybanum fructus

eius. ⁊ florebunt de ciuitate sicut fenum
terre. **S**it nomen eius benedictum in
sc̄la. ante solem p̄manet nomen eius.

Et benedicentur in ip̄o omnes tribz
terre. omnes gentes magnificabunt eū.

Benedictus dñs deus isrl̄. qui facit
mirabilia solus. **E**t benedictum nomē
maiestatis ei⁹ in eternum. ⁊ replebitur
maiestate eius omnis terra. fiat fiat.

an Esto michi domine in deum p̄tectoorem. **Libera**sti. evocae.

Quoniam bonus isrl̄ deus. h̄is qui rec
to sunt corde. **M**ei autē pene
moti sunt pedes. pene effusi sunt gressus
mei. **Q**uia zelau^{super} iniquos. pacem pecca
toꝝ uidens. **Q**uia non est respectus

85
morti eorum. et firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt. et cum homi-
nibus non flagellabunt. **I**deo tenuit eos
superbia. operati sunt iniquitate et impieta-
te sua. **P**rodit quasi ex adipe iniquitas
eorum. transierunt in affectum cordis. **C**ogi-
tauerunt et locuti sunt nequam. **C**lam. in-
iquitatem in excelsis locuti sunt. **P**osuerunt
in celum os suum. et lingua eorum cussit in
terra. **I**deo conuertetur populus meus hic. et dies
pleni inuenientur in eis. **E**t dixerunt quo-
modo scit deus. et si est scientia in excelsis.
Ecce ipsi peccatores et habundantes in scelere.
optinuerunt diuitias. **E**t dixit ergo sine
causa iustificauit cor meum. et laui inter inno-
centes manus meas. **E**t fui flagellatus. to-

intrem

ta die: et castigatio mea in matutinis. **S**i
dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum
tuorum reprobaui. **E**t existimabam ut
cognoscerem: hoc labor est ante me. **D**o-
nec in sanctorum dei: et intelligam in nouis
similibus eorum. **T**eruntamen propter dolos
posuisti eis: deiecisti eos dum alle-
uarentur. **Q**uomodo facti sunt in deso-
lationem: subito defecerunt perierunt
propter iniquitatem suam. **V**elut somnium
surgentium: domine in ciuitate tua imagine
iporum ad nichilum redies. **Q**uia inflam-
matum est cor meum: et renes mei commuta-
ti sunt: et ego ad nichilum redactus sum
et nesciui. **U**t iumentum factus sum apud
te: et ego semper tecum. **T**enuisti manum

dexteram meam. ⁊ in uoluntate tua deduxif
ti me. ⁊ cum glia suscepisti me

Quid enī
m̄ est in celo. ⁊ a te quid uoluy sup terram

Defecit caro mea ⁊ cor meum. deus cordis
mei ⁊ pars mea deus in eternum.

Quia
ecce qui elongant se a te peribunt. ⁊ perdidisti
omnem qui fornicatur abste

Michi autē
adherere deo bonum ē. ⁊ ponere in dño deo
spem meā.

Vt annuntiem omnes predicati
ones tuas. in portis filie syon. **psalmus dauid**

Vt quid deus repulisti in finem. ⁊ uat
est furor tuus super oues pascue tue.

Memor esto congregationis tue. quā pos
sedisti ab initio

Redemisti uirgam here
ditatis tue. ⁊ mons syon in quo habitasti in
eo

Leuā manus tuas in superbias eoz in

finem. quanta malignatus est inimicus in
sancto. **E**t gloriati sunt qui oderunt te.
in medio sollempnitatis tue. **P**osuerunt
signa sua signa. et non cognouerunt sicut
in exercitu super summum. **Q**uasi in silua
lignorum securibus exciderunt ianuam eius in
idipsum. in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuarium tuum. in terra
polluerunt tabernaculum nominis tui. **D**i
xerunt in corde suo cognatio eorum simul.
quiescere faciamus omnes dies festos ^{dei} ater
ra. **S**igna nostra non uidimus. iam non est
propheta. et nos non cognoscat amplius. **Q**
Vsque quo deus improperabit inimicus.
irritat aduersarius nomen tuum in finem.
Vt quid auertis manum tuam et dexteram

87
tuam · de medio sinu tuo · in finem. **D**s
autē rex noster ante seclā · operatus ē salu-
tem in medio terre. **T**u confirmasti in uir-
tute tua mare · contribulasti capita diaco-
num in aquis. **T**u confregisti capita dra-
conis · dedisti eum escam pplis ethyopum.

Tu dirupisti fontes · et torrentes · tu siccasti
fluuos etham. **T**uus ē dies · et tua est
nox · tu fabricatus es auroram · et solem.

Tu fecisti omnes terminos terre · estatem
et uer tu plasmasti ea. **M**emor esto hu-
ius inimicus improperauit dño · et pplis insipiens in-
citauit nomen tuum. **N**e tradas bestis
animal confitentes tibi · et animal paupe-
rum tuorū ne obliuiscaris in finem. **R**e-
spice in testamentum tuū · quia repleti sūt

qui obscurati sunt terre domibz iniqui-
tatum. **N**e auertat̄ humilis factus con-
fusus paup̄ ⁊ inops laudabunt nomen
tuū. **E**xurge deus iudica causam tu-
am. memor ^{esto} improperioꝝ tuoz eoz que
ab insipiente sunt tota die. **N**e obliuis-
caris uoces inimicoꝝ tuoz. ⁊ superbia e-
oz qui te oderunt ascendit semper.

an Liberasti uirgam hereditatis tue. *an* In isrl̄. evovae.

Confitebimur tibi deus. confitebi-
mur ⁊ inuocabim⁹ nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua. cum accepe-
ro tempus ego iusticias iudicabo. **L**iq-
uefacta ē terra ⁊ omnes qui habitant
in ea. ego confirmaui columnas eius.

88
Dixi iniquis nolite inique agere: et delin-
quentibus nolite exaltare cornu. **N**olite
extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui
aduersus dominum iniquitatem. **Q**uia neque
ab oriente neque ab occidente neque a deser-
tis montibus: quoniam deus iudex est. **H**unc
humiliat et hunc exaltat: quia calix in ma-
nu domini uini meri plenus mixto. **E**t in-
clinauit ex hoc in hoc: ueruntamen fex eius
non est exinanita bibent omnes peccatores
terre. **E**go autem annuntiabo in seculum: can-
tabo deo iacob. **E**t omnia cornua pec-
catorum confringam: et exaltabunt cornua
Notus in iudea deus: **ps. 134.** **C**uisti.
in israel magnum nomen eius. **E**t
factus est in pace locus eius: et habitatio

eius in syon. **I**bi confregit potentias
arcum scutum gladium & bellum. **I**llu
minans tu mirabiliter a montibus eternis.
Turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt sompnum suum. & nichil in
uenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus
suis. **A**b increpatione tua deus iacob
dormitauerunt. qui ascenderunt equos
Tu terribilis es, quis resistet tibi. ex tunc
ira tua. **D**e celo auditum fecisti iudicium.
terra tremuit & quieuit. **Q**um exurgeret
in iudicio deus. ut saluaret faceret omnes
mansuetos terre. **Q**uia cogitatio homi
nis confitebitur tibi. & reliquie cogitationis
diem festum agent tibi. **V**ouete & red
dite domino deo uestro. omnes qui in circuitu

39
eius affertis munera. **T**erribili & ei qui
aufert sp̄m principum: terribili apud reges ^{om̄s}

Terre: **T**u es deus. evovae.
an In israhel magnum nomen eius **an**.

Voce mea ad dñm clamaui: uoce **p̄ dauid**.
mea ad dñm & intendit m̄. **I**n die
tribulationis mee dñm exquisiui manibus
meis nocte cont̄ eum: & non sum deceptus

Renuit consolari anima mea: memor
sui dei & delectatus sum & exercitatus sum:
& defecit sp̄s meus. **A**nticipauerunt uigi-
lias oculi mei: turbatus sum & non sum lo-
cutus. **C**ogitavi dies antiquos: & annos
eternos in mente habui. **E**t meditatus s̄
nocte cum corde meo: & exercitabar & scope-
bam sp̄m meum. **N**umquid in eternum

piciet deus. ⁊ non apponet ut complaci-
cior sit ad huc. **A**ut in finem misericordiam
suam abscedet. ⁊ a generatione in generati-
onem. **A**ut obliuiscet misereri deus.
aut continebit in ira ^{suas} misericordias suas
Et dixi nunc cepi. hec mutatio dextere
excelsi. **M**emor fui operum dñi. quia
memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis.
⁊ in adinventionibus tuis exercebor. **O**s
in scō uia tua. quis deus magnus sicut
deus noster. tu es dñs qui facis mirabilia.
Notam fecisti in pplis uirtutē tuam.
redemisti in brachio tuo pplm tuū filios
iacob ⁊ ioseph. **V**iderunt te aque deus.
uiderunt te aque ⁊ timuerūt. ⁊ turbate

sunt abyssi **M**ultitudo sonitus aquarum
 uocem dederunt nubes **E**t enim sagitte
 tue transeunt: uox tonitruj tui in rota **I**
 luxerunt conuulsiones tue orbi terre: co
 mota e et contremuit terra. **I**n mari uia
 tua et semite tue in aquis multis: et uestigi
 a tua non cognoscentur **D**eduxisti sicut
 oues populum tuum: in manu moysi et aaron.

Astendite popule meus **Psalmus dauid.**
Alegem meam: inclinate aurem
 uestram in uerba oris mei **A**periam in
 parabolis os meum: loquar propositiones
 ab initio. **Q**uanta audiuiimus et cog
 nouimus ea: et patres nostri narrauerunt no
 bis **N**on sunt occultata a filiis eorum:
 in generatione altera **N**arrantes lau

des dñi ⁊ uirtutes eius ⁊ mirabilia eius
que fecit **E**t suscitauit testimonium i

iacob ⁊ legem posuit in isrl **Q**uanta
mandauit patrib; nr̄is nota ea facere fi
lius suis ⁊ ut cognoscat generatio altera

Filij qui nascentur ⁊ exurgent ⁊ nar
rabunt ea filiis suis **U**t ponant in deo
spem suam ⁊ non obliuiscant operum

dei ⁊ mandata eius exquirant **N**e fi
ant sicut patres eor; generatio praua ⁊

exasperans **G**eneratio que non direxit
cor suum ⁊ nec ē creditus cum deo sp̄s

ei **F**ilij effrem intendentes ⁊ mittentes
arcum conuersi sunt in die belli **N**on
custodierunt testamentū dei ⁊ in lege ei
noluerūt ambulare **E**t obliti sunt be

71
nefactorum eius. et mirabilium eius que ostendit eis. **Q**uoniam patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti. in campo thameos.

Interrupit mare et perduxit eos. et statuit aquas quasi in utrem.

Et deduxit eos in nube diei. et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in heremo. et adhaeruit eos uelud in abyssu multa.

Et eduxit aquam de petra. et deduxit

tamquam flumina aquas. **E**t apposuerunt adhuc peccare ei. in ira concitauerunt excelsum in iniquo.

Et temptauerunt dominum in cordibus suis. ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de deo. dixerunt numquam poterit deus parare mensam in deserto.

Quoniam percussit petram et fluxerunt

aque: ⁊ torrentes inundaauerunt. **N**umquid
⁊ panem poterit dare: aut parare mensam
pplo suo. **I**n deo audiuit dñs ⁊ distulit: ⁊
ignis accensus ē in iacob ⁊ ira ascendit in
isrl. **Q**uia ^{non} crediderunt in deo: nec spera
uerunt in salutare ei. **E**t mandauit nu
bibus desuper: ⁊ ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum:
⁊ panem celi dedit eis. **P**anem angeloz
manducauit homo: cibaria misit eis in
habundantia. **T**ranstulit austrum de celo:
⁊ induxit in uirtute sua affricum. **E**t plu
it sup eos sicut puluē carnes: ⁊ sicut ha
renam maris uolatilia pennata. **E**t ce
ciderunt in medio castrorū eorū: circa taber
nacula eorū. **E**t manducauerunt ⁊ satu

rati sunt nimis. ⁊ desiderium eorum attulit
eis. non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum. ⁊ ira
dei ascendit super eos. **E**t occidit pingues
eorum. ⁊ electos israel impediuit. **I**n omnibus

his peccauerunt adhuc. ⁊ non crediderunt
inmirabilibus tuis. **E**t defecerunt in uanitate
dies eorum. ⁊ anni eorum cum festinatione.

Qum occideret eos querebant eum. et
reuertebant ⁊ diluculo ueniebant ad eum.

Et memorati sunt quia deus adiutor est
eorum. ⁊ deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo. ⁊ lingua
sua mentiti sunt ei. **Q**ui autem ipsorum non
erat rectum cum eo. nec fideles habiti sunt
in testamento ei. **I**pse autem est misericors. ⁊

ppicius fiet peccatis eorum: et non disperdet
eos. **E**t habundauit ut auerteret iram
suam: et non accendit omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus ualens et non rediens. **Q**uociens exacerba-
uerunt eum in deserto: in ira concitauerunt
eum in iniquo. **E**t conuersi sunt et temp-
tauerunt dominum: et sanctum israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius die qua
redemit eos de manu tribulantis. **S**icut
posuit in egypto signa sua: et prodigia sua in
campo thameos. **E**t conuertit in sangui-
nem flumina eorum: et imbres eorum ne biberent.
Misit in eos cynomiam et comedit eos: iram
suam et disperdidit eos. **E**t dedit erugini fruc-
tus eorum: et labores eorum locuste. **E**t occidit

in grandine vineas eorum et moros eorum in p[ri]ma
Et tradidit grandini iumenta eorum et
 possessionem eorum igni. **M**isit in eos iram
 indignationis sue indignatione[m] et iram et tri-
 bulationem inmissionem p[er] angelos malos
Viam fecit semite ire sue et non pepercit
 a morte animab[us] eorum et iumenta eorum in mor-
 te conclusit **E**t percussit omne primoge-
 nitum in terra egypti primicias omnis labo-
 ris eorum in tabernaculis cham. **E**t abstulit
 sicut oves p[ro]p[ri]am suam et p[er]duxit eos tamq[ua]m
 gregem in deserto **E**t deduxit eos in
 spe[m] et non timuerunt et inimicos eorum ope-
 ruit mare **E**t induxit eos in montem
 sanctificationis sue montem quem adqui-
 sivit dextera ei. **E**t eiecit a facie eorum

gentes . et sorte diuisit eis terram in sinicu-
lo distributionis **E**t habitare fecit in
tabernaculis eorum . tribus israel **E**t tempta-
uerunt et exacerbauerunt dominum excelsum . et
testimonia eius non custodierunt **E**t auer-
terunt se et non seruaerunt pactum . que
admodum patres eorum econuersi sunt in ar-
cum prauum **I**n ira concitauerunt eum in
collibus suis . et in scriptilibus suis ad emulati-
onem eum puocauerunt **A**uidit deus et
spreuit . et ad nichilum redegit ualde israel .
Et repulit tabernaculum suum . tabernacu-
lum suum ubi habitauit in hominibus .
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum .
et pulcritudinem eorum in manus inimici .
Et conclusit in gladio populum suum . et here-

74
ditatem suam spreuit **I**uvenes eorum comedit ignis. et uirgines eorum non sunt lamentate. **S**acerdotes eorum in gladio ceciderunt. et uidue eorum non plorabantur. **E**t exercitatus est tamquam dormiens dominus. tamquam potans crapulatus auiuo. **E**t percussit inimicos suos in posteriora. obprobrium sempiternum dedit illis. **E**t repulit tabernaculum ioseph. et tribum efrem non elegit. **S**ed elegit tribum iuda. monte syon quem dilexit. **E**t edificauit sicut unicornium scificium suum. in terra quam fundauit in secula. **E**t elegit dauid seruum suum. et sustulit eum de gregibus ouium. de post fetantes accepit eum. **P**ascere iacob seruum suum. et israel

hereditatem suam.
nocentia cordis
manuum suarum
Et pavit eos in in
suis et in intellectibus
deduxit eos

an Tu es deus qui facis mirabilia **an** Propicius. evovae.

Quis venerunt gentes in hereditate
tuam. polluerunt templum sc̄m
tuum. posuerunt hierusalem in pomorum
et
todiam. **P**osuerunt morticina seruatorum
tuorum escas uolatilibus celi. carnes sc̄orum tuorum
bestiis terre. **E**ffuderunt sanguinem
ipsorum tamquam ^{aqua} in circuitu ierusalem. et non
erat qui sepeliret. **F**acti sumus obprobrium
uicinis nostris. subsannatio et illusio
his qui in circuitu nostro sunt. **A**squeque
domine uasceris in finem. accendet uelud

95
ignis zelus tuus. **E**ffunde iram tuam
in gentes que te non nouerunt. et in regna
que nomen tuum non inuocauerunt. **Q**uia
comederunt iacob. et locum eius desolau-
erunt. **N**e memineris iniquitatum
nostrarum antiquarum. cito anticipent nos misericordie tue.
quia pauperes facti sumus nimis. **A**d-
iuua nos deus salutaris noster. et propter gloriam
nominis tui domine libera nos. et propitius
esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibus ubi est deus
eorum. et innotescat in nationibus coram ocu-
lis nostris. **V**ltio sanguinis seruatorum tuorum
qui effusus est. introeat in conspectu tuo
gemitus compeditorum. **S**ecundum magnitudi-
nem brachii tui. posside filios mortificato-

rum. **E**t redde uicinis nris septuplum
in sinu eoz. improprium ipsoz qd' ex
pbrauerunt tibi dne. **N**os aut popu
lus tuus et oues pascue tue. confitebimur
tibi in scdm. **I**n generatione et generati
one. annuntiabimus laudem tuam. **ps 88.**

Qui regis isrl' intende. qui dedu
cis uelud ouem ioseph. **Q**ui
sedes sup cherubin. manifestare coram
effraim beniamin et manasse. **E**xalta
potentiam tuam et ueni. ut saluos facias
nos. **D**eus conuerte nos. et ostende fa
ciem tuam et salui erimus. **D**omine
deus uirtutum. quousq; irascaris. super
orationem serui tui. **Q**ibans nos pane
lacrimar. et potum dabis nobis in lacri

nis in mensura **P**osisti nos in contradic-
 onem uicinis nris. ⁊ inimici nri subsannaue-
 runt nos **D**eus uirtutum conuerte nos.
 ⁊ ostende faciem tuam ⁊ salui erimus **U**i-
 neam de egypto trāstulisti. eiecisti gentes ⁊
 plantasti eam. **D**ux itineris fuisti in con-
 spectu eius. ⁊ plantasti radices eius ⁊ imple-
 uit terram. **O**peruit montes umbra eius.
 ⁊ arbusta ei cedros dei. **E**xtendit palmi-
 tes suos usq; ad mare. ⁊ usq; ad flumen p
 pagines eius. **V**t quid destruxisti maceria
 eius. ⁊ uindemiant eam omnes qui pter
 grediunt uiam **E**xterminauit eam aper
 de silua. ⁊ singularis ferus depastus ē eam.
Deus uirtutum conuertere. respice de ce
 lo ⁊ uide ⁊ uisita uineam istam. **E**t per

multa

4

In matutinis domine meditabor in te. evovae. p. Ds Ds

In eternum dominus regnabit & ultra. evovae. p. Lan.

In sanctis eius laudate deum. p. Laudate. evovae.

In sanctitate serviamus domino & liberabit nos ab in-

imicis nostris p. Benedict. Dominum qui fecit nos Invit.



*venite adoremus p. Venite
Exultate deo. evovae.*

*Exultate deo adiutori
nostro. iubilare deo
iacob. Sumite*

psal mum ⁊ date tympanum ⁊ psalterium
iocundum cum cythara **B**ucinate in ne
omenia tuba ⁊ in insigni die sollempnitatis
ure. **Q**uia preceptum in isrl est ⁊ iudi
cum deo iacob **T**estimonium in ioseph
posuit illud cum exiret de terra egypti lin
guam quam non nouerat audiuit **O** uie
tit ab oneribus dorsum eius ⁊ manus eius in
cophino seruerunt **I**n tribulatione in
uocasti me ⁊ liberaui te ⁊ exaudiui te in
abscondito tempestatis ⁊ pbauit te apud
aquam contradictionis. **A**udi pplis
meus ⁊ contestabor te. isrl si audieris me
non erit in te deus recens neque adorabis
deum alienum **E**go enim sum dñs dñs
tuus qui eduxi te de terra egypti dila

ta os tuum & implebo illud **E**t non au-
 diuit ppl's meus uocem meam. & isrl' non in-
 tendit michi. **E**t dimisi eos scdm deside-
 ria cordis eoz. ibunt in adinventionibus
 suis **S**i ppl's meus audisset me. isrl' si
 in uis meis ambulasset **P**ro nichilo for-
 sitan inimicos eoz humiliassem. & sup tri-
 bulantes eos misissem manu meam. **I**ni-
 mici dñi mentiti sunt ei. & erit tempus eoz
 in sc̄la **E**t cibauit illos ex adipe frumen-
 ti. & de petra melle saturauit eos. **psalmus dauid**

Deus stetit in synagoga deoz. in
 medio aut deus diiudicat **A**sq̄
 iudicatis iniquitatem. & facies peccoz sumi-
 tis **I**udicate egeno & pupillo. humilem
 & pauperem iustific. ate. **G**ripete pau-

perem. ⁊ egenum de manu peccatoris libera-
te. **N**escierunt neq; intellexerunt. in tene-
bis ambulant. mouebunt omnia fundamē-
ta terre. **E**go dixi dii estis. ⁊ filij excelsi
omnes. **V**os autē sicut homines moriemini.
⁊ sicut unus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram. qm̄ tu here-
ditabis in omnib; gentibus.

Exultate deo adiutori nostro. an̄. Tu solus. evovae.
Quis quis similis erit tibi. ne taceas
neq; conpescaris deus. **Q**m̄ ecce
inimici tui sonuerunt. ⁊ qui oderunt te
extulerunt caput. **S**uper pplm̄ tuum
malignauerunt consilium. ⁊ cogitauerunt
aduersus sanctos tuos. **D**ixerunt

99

uenite ⁊ disperdamus eos de gente. ⁊ non
memoret nomen isrl̄ ultra. **O**m̄ cogitauerunt
unanimit̄. simul aduersum te testa
mentum disposuerunt tabernacula ydume
oy ⁊ ismahelite. **M**oab ⁊ agareni gebal
⁊ amon ⁊ amalech. alienigene cum habitan
tibz tyrum. **S**teuum assur uenit cum illis.
facti sunt in adiutorium filius loth. **F**ac
illis sicut machan ⁊ sifare. sicut iabin in
torrente cyson. **D**isperierunt in endor. fac
ti sunt ut stercus terre. **P**one principes
eoz. sicut oreb ⁊ zeb ⁊ zebec ⁊ salmana.
Omnes principes eoz. qui dixerunt here
ditate possideamus sanctuariū dei. **D**eus
meus pone illos ut rotam. ⁊ sicut stipulam
ante faciem uenti. **S**icut ignis qui con

burt silnam: et sicut flamma comburens
montes. **I**ta psequeris illos in tempestate
tua: et in ira tua turbabis eos. **I**mple fa-
cies eorum ignominia: et querent nomen
tuum domine. **E**rubescant et contur-
bentur in seculum seculi: et confundantur et pere-
ant. **U**t cognoscant quia nomen tibi
dominus: tu solus altissimus in omni-
bus. **Q**uoniam dilecta **p̄ dāuid** **T**erra.
tabernacula tua domine uirtutum:
concupiscit et deficit anima mea in acria
domini. **C**or meum et caro mea exultauerunt
in deum uiuum. **E**t enim passer inue-
nit sibi domum: et turtur nidum sibi ubi
ponat pullos suos. **A**ltaria tua domine
uirtutum: rex meus et deus meus. **B**ea

ti qui habitant in domo tua: domine in se-
 cula scloꝝ laudabūt te. **B**eatus uir cui
 ē auxiliū abste ascensiones in corde suo
 disposuit in ualle lacrimarum: in loco quē
 posuit. **E**tenim benedictionem dabit le-
 gis latoꝝ: ibunt de uirtute in uirtutem: et
 uidebitur deus deoꝝ in syon. **O** nē deus
 uirtutum exaudi orationem meam: auribꝫ
 percipe deus iacob. **P**rotector noster aspi-
 ce deus: in faciem xp̄i tui. **Q**uia melior ⁊ respice
 ē dies una in atris tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: ma-
 gis quam habitare in tabernaculis peccatoꝝ.
Quia misericordiam ⁊ ueritatē diligit deus:
 grām ⁊ glām dabit dominus. **N**on priua-
 bit bonis eos qui ambulant in innocentia:

domine uirtutum beatus homo qui sperat
in te

f

evovae.

Bv solus altissimus super omnem terram
eneristi domine terram tuam. **ps 88.**
auertisti captiuitatem iacob.

Benifisti iniquitatem plebis tue. operu-
isti omnia peccata eorum. **M**itigasti omnem
peccata iram tuam. auertisti ab ira indig-
nationis tue. **C**onuertere nos deus salu-
tatis noster. **A**uertete iram tua a nobis.

Numquid in eternum irascaris nobis.
aut extendes iram tuam a generatione in
generationem. **D**eus tuus conuersus ui-
uificabis nos. et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam.
et salutare tuum da nobis. **A**udiam

quid loquatur in me dominus deus. qm
loquet pacem in plebem suam. Et super
sanctos suos. et in eos qui conuertunt ad cor

Ueruntamen prope timentes eum. saluta
te ipsius. ut inhabitet glia in terra nostra.

Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi. iusti
cia et pax osculate sunt. **V**eritas de terra

orta e. et iusticia de celo pspexit. **E**t enim
dominus dabit benignitate. et terra nostra

dabit fructum suum. **I**usticia ante eum
ambulabit. et ponet in uia gressus suos **ps 88.**

Inclina domine aurem tuam. et exaudi me.
qm inops et paup sum ego. **C**ustodi

animam meam qm sanctus sum. saluu
fac seruum tuu deus meus sperante inte.

Miserere mei dne qm ad te clamaui

tota die letifica animam serui tui. quō
ad te domine animam meā leuaui. **Q**m̄
tu domine suauis et mitis. et multe miserie
omnibus inuocantibus te. **A**uribus percipe
dñe orationem meam. et intende uoci dep
cationis mee. **I**ndie tribulationis mee
clamaui ad te. quia exaudisti me. **N**on
est similis tui in diis dñe. et non est scdm ope
ra tua. **O**mnēs gentes quascumq; fecit
h. uenient et adorabunt coram te dñe. et
glorificabunt nomen tuum. **Q**m̄ mag
nus es tu et faciens mirabilia. tu es deus
solus. **D**educ me domine in uia tua. et
ingrediar in ueritate tua. letetur cor meum
ut timeat nomen tuū. **C**onfitebor tibi do
mine dñs meus in toto corde meo. et gloria

bo nomen tuum in eternum. **Q**uia misericordia tua magna est super me. et eruisi animam meam ex inferno inferiori. **D**eus iniqui insurrexerunt super me. et synagoga potentium quesierunt animam meam. et non proposuerunt te in conspectu suo. **E**t tu domine deus miserator et misericors. paciens et multe misericordie et uerax. **R**espice in me et miserere mei. da imperium tuum puero tuo. saluum fac filium ancille tue. **F**ac mecum signum in bono. ut uideant qui oderunt me et confundantur. quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me.

an Benedixisti domine terram tuam. *an* Fundamenta *p* evovae.

Fundamenta eius in montibus sanctis. diligit dominus portas syon super

omnia tabernacula iacob **G**loriosa dicta
sunt de te. ciuitas dei **M**emor ero iacob
& babilonis. scientibus me **E**cce alienige
ne & tyrus & ppl's ethiopum. hy fuerunt
ille **N**umquid syon dicet homo. & homo
natus e in ea. & ipe fundauit eam altissimus
Onis narrabit in scripturis ppl'oz. & prin
cipum hoz qui fuerunt in ea. **S**icut leta
tium omnium. habitatio est in te. **P** david
Domine deus salutis mee. in die cla
maui et nocte coram te. **I**ntret
in conspectu tuo oratio mea. inclina au
rem tuam ad precem mea **Q**uia repleta
e malis anima mea. & uita mea in infer
no appropinquabit **E**stimatus sum cu
descendentib; in lacum. factus sum sicut

103
homo sine adiutorio inter mortuos liber
Sicut uulnerati dormientes in sepulchris.
quorum non es memor amplius. et ipsi de manu
tua repulsi sunt. **P**osuerunt me in lacu
inferiori. in tenebrosis et in umbra mortis
Super me confirmatus est furor tuus. et om-
nes fluctus tuos induxisti super me. **L**onge
fecisti notos meos a me. posuerunt me abho-
minatione sibi. **T**raditus sum et non egre-
diebar. oculi mei languerunt pro inopia.
Clamavi ad te domine. tota die expandi
ad te manus meas. **N**umquid mortu-
is facies mirabilia. aut medici suscitabunt
et confitebunt tibi. **N**umquid narrabit
aliquis in sepulchro misericordiam tuam. et ueritatem
tuam in perditione. **N**umquid cognoscentur

in tenebris mirabilia tua. ⁊ iusticia tua in ter
ra obliuionis **E**t ego ad te dñe clamau
⁊ mane oratio mea preueniet te **O**t quid
domine repellis orationem meam. ⁊ auertis
faciem tuam a me. **P**auper sum ego ⁊ in
laboribus auuentute mea. ⁊ exaltatus aut
humiliatus sum ⁊ conturbatus **I**n me
transierunt ire tue. ⁊ terrores tui conturba
uerunt me **C**ircumderunt me sicut aqua.
tota die circumdederunt me simul **E**lon
gasti a me amicum ⁊ proximum. ⁊ notos me
os a miseria.

Man **F**undamenta ei in montibz sanctis
Misericordias dñi. **an** Benedict. evovae.
in eternum cantabo **I**n generatione ⁊ ge
nerationem. ⁊ adnuntiabo ueruntatem tuam

in ore meo **Q**uoniam dixisti in eternum misericordia
 edificabitur in celis. **P**arabitur ueritas tu
 a in eis **D**isposuisti testamentum electis
 meis. iuravi dauid seruo meo usque in
 eternum **P**arabo semen tuum. **E**t
 edificabo in generatione et generatione.
 sedem tuam. **C**onfitebuntur celi mira
 bilia tua domine. etenim ueritatem
 tuam in ecclesia sanctorum **Q**uoniam quis in
 nubibus equabitur domino. similis erit domino
 in filiis dei **D**eus qui glorificatur in
 consilio sanctorum. magnus et terribilis super
 omnes qui in circuitu eius sunt **D**omine
 deus uirtutum quis similis tibi. potens
 es domine et ueritas tua in circuitu tuo.
Gloria dominaris potestati maris. motum

autem fluctuum eius mitigas **G**v humili
lasti sicut uulneratum superbum. in bra
chio uirtutis tue dispersisti inimicos
tuos **G**vi sunt celi & tua e terra. & orbem
terre & plenitudinem eius tu fundasti.
aquilonem & mare tu creasti **G**habor
& hermon in nomine tuo exultabunt.
tuum brachium cum potentia **F**urme
tur manus tua & exaltetur dextera tua.
iusticia & iudicium preparatio sedis tue.
Misericordia & ueritas pcedent faciem tuam.
beatus ppl's qui scit iubilationem. **D**ne
in lumine uultus tui ambulabunt. & et
in nomine tuo exultabunt tota die. & et
in iusticia tua exaltabuntur **Q**uia
glia uirtutis eoz tu es. & in beneplacito

105

tuo exaltabitur cornu nr̄m. **Q**uia dñi
ē assumptio nr̄a. ⁊ sc̄ isrl̄ regis nr̄i. **U**ic
locutus es in uisione sanctis tuis. ⁊ dixisti
posui adiutorium in potente. ⁊ exaltaui e
lectum de plebe mea. **I**nueni dauid ser
uum meum. oleo sancto meo unxi meū.
Manus enim mea auxiliabit̄ ei. ⁊ brachiū
meum confirmabit̄ eum. **N**ichil pficiet
inimicus in eo. ⁊ filius iniquitatis non ap
ponet nocere ei. **E**t concidam a facie ip
sius inimicos ei. ⁊ odientes eum in fugam
conuertam. **E**t ueritas mea ⁊ misericordia
mea cum ipso. ⁊ in nomine meo exaltabit̄
cornu eius. **E**t ponam in mari manum
eius. ⁊ in fluminib; dexteram eius. **I**pse
inuocabit me pater meus est. ⁊ deus meus

et susceptor salutis mee **E**t ego primoge-
nitum ponam illum. excelsum pre regibus
terre **I**n eternum seruabo illi misericordiam
meam. et testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in scilicet solum solum semen eius. et
thronum eius sicut dies celi **S**i autem
dereliquerint filii eius legem meam. et
in iudiciis meis non ambulauerunt.
Si iusticias meas prophanauerint. et
mandata mea non custodierint **O**isi-
tabo in uirga iniquitates eorum. et in uer-
beribus peccata eorum **M**isericordiam autem
meam non dispergam ab eo. neque no-
cebo in ueritate mea **N**eque prophana-
bo testamentum meum. et que procedunt de
labiis meis non faciam irrita. **S**emel

106
iurauit in sancto meo. si dauid mentiar.
semen eius in eternum manebit. **E**t
thronus eius sicut sol in conspectu meo.
et sicut luna perfecta in eternum. et testis
in celo fidelis. **T**u uero reppulisti et despe
xisti. distulisti xpm tuum. **A**uertisti
testamentum serui tui. pphanasti in ter
ra sanctuarium eius. **D**estruxisti om
nes sepes eius. posuisti firmamentum ei
formidinem. **D**uripuerunt eum omnes
transeuntes uiam. factus est opprobrium
uicinis suis. **E**xaltasti dexteram depri
mentum eum. letificasti omnes inimicos
eius. **A**uertisti adiutorium gladii eius.
et non es auxiliatus ei in bello. **D**estru
xisti eum ab emundatione. et sedem eius

in terra collisisti **M**inorasti dies tempo-
ris eius · pfudisti eum confusione **V**s
quequo dñe auertis in finem · exardescet
sicut ignis ira tua **M**emorare
que mea substantia · nunquid enim
uane constituisti omnes filios hominū.
Quis ē homo qui uiuet ⁊ non uide-
bit mortem · eruet animam suam de
manu inferi **V**bi sunt misericordie tue
antique dñe · sicut iurasti dauid in ue-
ritate tua **M**emor esto dñe obprobriū
seruoz tuoz · qd̄ continuy in sinu meo
multarum gentium **Q**uod exprobra-
uerunt inimici tui dñe · quod exprobraue-
runt cōmutationem xpi tui **B**enedic-
tus dominus in eternum · fiat fiat.

De refugium tu factus es **p̄ dauid.**
 nobis .a generatione in genera
 tionem **P**rius quam montes fierent
 aut formaretur terra ⁊ orbis .a sc̄lo et
 in sc̄m̄ tuus deus **N**e auertas homi
 nem in humilitate . ⁊ dixisti conuertimini
 filij hominū . **Q**m̄ mille anni ante ocu
 los tuos . tamq̄ dies hesternā que prece
 rit **E**t custodia in nocte . que p̄ nichilo
 habentur eoz anni erunt **M**ane sicut
 herba tūscat . mane floreat ⁊ tūscat . uespe
 re decidat induret ⁊ areseat **Q**uia de
 fecimus in ira tua . ⁊ in furore turbati su
 mus **P**osuisti iniquitates nr̄as in conspec
 tu tuo . sc̄m̄ nr̄m in illuminatione uul
 tus tui **Q**m̄ omnes dies nr̄i defecerūt .

⁊ tuo

et in ira tua defecimus. **A**nni nri sicut
aranea meditabunt. dies annoꝝ nroꝝ in
ipsis septuaginta anni. **S**i aut in poten
tatibꝫ octoginta anni. ⁊ amplius eoz la
bor ⁊ dolor. **Q**uoniam superuenit mansuetudo.
⁊ corripieim. **Q**uis nouit potestatem ire
tue. ⁊ pre timore tuo iram tuam diuume
rare. **O**exteram tua sic notam fac. et
eruditos corde in sapientia. **C**onuerte
re dñe usqꝫ quo. ⁊ deprecabilis esto super
seruos tuos. **R**epleti sumus mane mise
dia tua. ⁊ exultauim⁹ ⁊ delectati sumus in
omnibꝫ diebꝫ nris. **L**etati sumus p diebꝫ
quibꝫ nos humiliasti. annis quibꝫ uidiim⁹
mala. **R**espice in seruos tuos ⁊ in opera
tua. ⁊ dirige filios eoz. **E**t sit plendor

domini dei nostri super nos ⁊ opera ma-
nuum nostrarū dirige sup nos ⁊ opus
manuum nrarū dirige

Qui habitat in adiutorio altissimi
in ptectione dei celi commorabi-

tur **D**icet dño susceptor meus es tu
⁊ refugium meū deus meus sperabo in

eum **Q**uoniam ipse liberauit me de laqueo
uenantium ⁊ a uerbo aspero. **S**capu-

lis suis obumbrabit tibi ⁊ sub pennis ei
sperabis **S**cuto circumdabit te ueri-

tas ei non timebis a timore nocturno.

Asagitta uolante in die ⁊ a negotio per-
ambulante in tenebris ⁊ ab in cursu ⁊ de-

monio meridiano **C**adent a latere tuo
mille ⁊ decem milia a dextris tuis ⁊ ad

bi autem non appropinquabit **U**eruntamen
oculis tuis considerabis. ⁊ retributionem
peccatorum uidebis **Q**uoniam tu es domine spes
mea. ⁊ altissimum posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum. ⁊ flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis mandauit de te. ut
custodiant te in omnibus uis tuis **I**n
manibus portabunt te. ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum **S**uper aspidem
⁊ basiliscum ambulabis. ⁊ conculcabis
leonem ⁊ draconem **Q**uoniam in me spera
uit liberabo eum. ⁊ protegam eum quoniam cog
nouit nomen meum **C**lamauit ad me
⁊ ego exaudiam eum. ⁊ cum ipso sum in
tribulatione. ⁊ eripiam eum ⁊ glorificabo

Teum **L**ongitudine dierum replebo eum.
et ostendam illi salutare meum. **Ps. David.**

Bonus est confiteri domino et
psallere nomini tuo altissime

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam
et ueritatem tuam per noctem. **I**n decan-
cordo psalterio cum cantico in cythara.

Quia delectasti me domine in factura tua
et in operibus manuum tuarum exultabo

Quam magnificata sunt opera tua domine
nimis profunde facte sunt cogitationes

tue. **U**ir insipiens non cognoscet et stul-
tus non intelliget hec. **Q**um exorti fue-
runt peccatores sicut fenem et apparuerunt

omnes qui operantur iniquitatem. **V**t in-
tereat in seculum scelerum tuorum autem altissimus in

eternum dñe **Q**m ecce inimici tui dñe.
qm ecce inimici tui peribunt. ⁊ dispergen-
tur omnes qui operantur iniquitate. **E**t
exaltabitur sicut unicornis cornu meum. et
senectus mea in misericordia uberi. **E**t de-
spexit oculus meus inimicos meos. et in-
surgentibus in me malignantibus audiet
auris mea. **I**ustus ut palma florebit.
sicut cedrus libani multiplicabitur. **P**lan-
tati in domo dñi. in atris domus dei
nr̄i florebit. **A**dhuc multiplicabuntur
in senecta uberi. ⁊ bene patientes erunt
ut annuntient. **Q**m rectus dñs deus
nr̄. ⁊ non est iniquitas in eo. **psalmi dauid**
Dñs regnavit decorem inducus est.
inductus est dñs fortitudinem et

penxit se **E**t enim firmavit orbem ter-
 re: qui non commovebit. **P**arata sedes
 tua ex tunc: a seculo tu es. **E**levaverunt
 flumina domine: elevaverunt flumina vocem
 suam. **E**levaverunt flumina fluctus suos:
 a vocibus aquarum multarum. **M**irabiles
 relationes maris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt mi-
 nis: domum tuam decet sanctitudo domine
 in longitudine dierum. *Psalmus David.*

Deus ultionum dominus: deus ulci-
 onum libere egit. **E**xaltare qui
 iudicas terram: redde retributionem superbis
Vsquequo peccatores domine: usquequo peccato-
 res gloriantur. **C**onfitebuntur et loque-
 tur iniquitatem: loquentur omnes qui ope-

tantur iniusticiam **P**opulum tuum dñe
humiliauerūt .z. hereditatē tuam uexaue
runt **V**iduiam .z. aduenam interfecerūt .z.
.z. pupillos occiderunt **E**t dixerunt
non uidebit dñs .z. nec intelliget dñs iacob
Intelligite insipientes in pplo .z. stulti ali
quando sapite **Q**ui plantauit aurem
non audiet .z. aut qui finxit oculum non
considerat **Q**ui corripit gentes non ar
guet .z. qui docet hominē scientiam
Dñs scit cogitationes hominū .z. quoni
am uane sunt **B**eatus homo quem
tu erudieris dñe .z. de lege tua docueris
eum **V**t mitiges ei a diebus malis .z. donec
fodiat peccatori fouea **Q**uia non repel
let dñs plebem suam .z. hereditatem suam

111
non derelinquet. **Q**uo ad usq[ue] iusticia
conuertat[ur] in iudicium. ⁊ qui iuxta illa
omnes qui recto sunt corde. **Q**uis con
surgat michi aduersus malignantes. aut
quis stabit mecum aduersus operantes in
iquitate. **N**isi quia d[omi]n[us] adiuuit me.
paulominus habitasset in inferno anima
mea. **S**i dicebam motus e[st] pes meus.
misericordia tua d[omi]ne adiuuabat me. **S**ecundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo.
consolationes tue letificauerunt animam
meam. **N**umquid adheret tibi sedes in
iquitatis. qui fingis laborem in precepto.
Captabant in animam iusti. ⁊ sanguinem
innocentem condempnabant. **E**t factus
e[st] michi d[omi]n[us] in refugium. ⁊ deus meus in

adiutorium spei mee **E**t reddet illis in
iquitatem ipoz. ⁊ in malicia eoz disper
det eos. disperdet illos dñs deus nr.

Benedictus dominus in eternum **an** **S**antate. evove.

Venite exultemus dño. iubi **ps** **ps** **ps**.
Veniens deo salutari nro **P**ro
cupemus faciem eius in confessione. et
in psalmis iubilemus ei **Q**m deus

magnus dñs. ⁊ rex magnus super omnes
deos **Q**uia in manu eius sunt omnes

fines terre. ⁊ altitudines montium ipius
sunt **Q**m ipius ē mare ⁊ ipse fecit illd.
⁊ siccam manus eius formauerunt.

Venite adoremus ⁊ procidam⁹ ⁊ plorem⁹
ante dñm qui fecit nos. quia ipse est

112
dominus deus noster **E**t nos populus
pascue ei. et oues manus eius **H**odie
si uocem eius audieritis. nolite obdurare
corda uia **S**icut in irritatione. secundum
diem temptationis in deserto **O**bi tem-
tauerunt me patres uiri. probauerunt et ui-
derunt opera mea **Q**uadringenta annis
offensus fui generationi illi. et dixi semper
hi errant corde **E**t isti non cognoue-
runt uias meas. quibus iuravi in ira
mea si intrabunt in requiem meam. **ps 88.**

Cantate domino canticum nouum.
cantate domino omnis terra **C**an-
tate domino et benedicite nomini eius. annun-
ciate de die in diem salutare ei **A**nnun-
ciate in ter gentes gloriam eius. in omni

bus p̄p̄is mirabilia eius **Q**uoniam magnus
dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊ terribilis super est
omnes deos **Q**uoniam omnes dñi gentium
demonia dñs aut̄ celos fecit **C**onfes
sio ⁊ pulcritudo in conspectu ei⁹ ⁊ sc̄imo
nia ⁊ magnificentia in sanctificatione
eius **A**fferte dño patrie gentium ⁊ af
ferte dño gl̄iam ⁊ honorem ⁊ afferte dño
gl̄iam nomini ei⁹ **C**ollite hostias ⁊ int̄
ite in atriis eius ⁊ adorare dñm in atriis
sancto eius **C**ommoueat̄ a facie ei⁹
uniuersa terra ⁊ dicite in gentibus quia
dñs regnauit **S**tenim correxit orbem
terre qui non comouebit̄ ⁊ iudicabit po
pulos in equitate **L**etentur celi ⁊ ex
ultet terra ⁊ commoueat̄ mare ⁊ plenu

do eius: gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. **T**unc exultabunt omnia ligna silvarum a facie domini quia uenit.

qui uenit iudicare terram. **I**udicabit orbem terre in equitate: et populos in ueritate sua.

Dominus regnauit exultet terra: letent insule multe. **N**ubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum precelet: et inflammabit in circuitu inimicos eius. **A**lluxerunt fulgura eius orbi terre: uidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra. **A**nnuntiauerunt celi iusticiam eius: et uiderunt omnes ^{ip} gloriam eius.

Confundant omnes qui adorant sculptilia: qui

gloriantur in simulacris suis. **A**dorate
eum omnes angeli eius. audiuit et letata est
sion. **E**t exultauerunt filie iude. propter
iudicia tua domine. **Q**uia tu dominus altissimus
super omnem terram. nimis exaltatus
es super omnes deos. **Q**ui diligitis do-
minum odite malum. custodit dominus ani-
mas sanctorum suorum. de manu peccatorum libe-
rabit eos. **L**ux orta est iusto. et rectis cor-
de leticia. **L**etamini iusti in domino. et con-
fitemini memorie sanctificationis eius.

Cantate domino et benedicite nomini eius.

Beatus homo quem tu erudieris domine. et de laudes.

Spiritu principali confirma cor meum deus. evovae.

an In ueritate tua exaudi me domine. **evovae.** **p** **D**ñe exaudi

an Illumina domine uultum tuum super nos. **evovae.**

p Deus deus **a** Domine audiui auditu tuum **evovae.**

q tunc **p** **p**m. **a** In timpano & choro in cordis et

organo laudate deum. **evovae.** **an** **L**eli celoz

laudate deum. **evovae.** **p** **L**audate **ad bñdict?** **an**

p **S** Per uiscera misericordie dei nostri in quibus ui

sitauit nbs oriens ex alto. **evovae.** **p** **B**enedictus

f i l s i p s i n i
Invit Dominum deum nostrum venite adoremus. **V**eni.

i i i i i i i i i i i i i i i i i i
Quia mirabilia. evovae.
Antate domino
canticum novum.
quia mirabilia fe
cit **S**aluabit sibi
dextera eius. ⁊ bra
chium sanctum ei.

Notum fecit dominus salutare suum.
in conspectu gentium revelavit iusticiam
suam **R**ecordatus est misericordie sue ⁊ ve
ritatis sue. domus israel **U**iderunt om
nes termini terre. salutare dei nri **I**ubi
late dno omnis terra. cantate ⁊ exultate

115
et psallite **P**sallite domino in cythara in
cythara et uoce psalmi in tubis ductilibus
et uoce tube cornee **I**ubilate in conspectu
regis dñi. et moueatur mare et plenitudo ei.
orbis terrarum et uniuersi qui habitant in eo

Flumina plaudent manu simul. mon-
tes exultabunt a conspectu dñi. qm̄ uenit
iudicare terram **I**udicabit orbem ter-
rarum in iusticia. et populos in equitate.

Dominus regnauit et nascantur ppli.
qui sedes sup cherubin moueat

terra **O**ñs in syon magnus. et excelsus

super p̄p̄los **C**onfiteantur nomini tuo
magno. qm̄ terribile et sanctum ē. et ho-

nor iudicium diligit **G**v parasti direc-
tiones. iudicium et iusticiam in iacob tu fe-
regis

exaudiebat

cisti. **E**xaltate dñm dñm nr̄m. ⁊ adorate scabellum pedum eius qm̄ scm̄ ē.

Moyles ⁊ aaron in sacerdotib; eius. ⁊ samuel in ter eos qui inuocant nom̄ eius. **I**nuocabant dñm ⁊ ip̄e eos.

in columpna nubis loquebatur ad eos

Custodiebant testimonia eius. ⁊ p̄ceptum quod dedit illis. **D**ñe d̄s noster tu exaudiebas eos. ⁊ deus tu p̄picuus fuisti eis. ⁊ ulciscens in omnes ad inuentiones eoz.

Exaltate dñm dñm nr̄m. ⁊ adorate in monte sancto ei. qm̄ sc̄s dominus deus noster.

Via mirabilia fecit dominus. **an̄** vbilate. evonae. vbilate deo omnis terra. seruite **ps̄ d̄d.**

domino in leticia **I**ntrouite in conspec
 tu eius. in exultatione **S**citote qm
 dñs ipe est deus. ipse fecit nos ⁊ non
 ipi nos. **P**opulus eius ⁊ oues pascue
 eius. ⁊ introuite portas eius in confessio
 ne. atria eius in ymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius qm suauis est
 dñs. ⁊ in eternum misericordia eius. ⁊ usq
 in generationem ⁊ generationem ueritas

Misericordiam ⁊ in **T**eius.
Meditium. cantabo tibi dñe.

Psallam ⁊ intelligam in uia immacu
 lata. qm uenies ad me **P**erambula
 bam in innocentia cordis mei. in medio
 domus mee. **N**on ponebam ante
 oculos meos rem iniustam. facientes

preuaticationes odiu. **N**on adhesit mi
chi cor prauum. declinans a me ma
lignum non cognoscebam. **O** etrahen
tem secreto proximo suo. hunc pse
quebar **S**yperbo oculo ⁊ insaciabi
li corde. cum hoc non edebam. **O**cu
li mei ad fideles terre ut sedent me
cum. ambulans in uia immaculata hic
michi ministrabat **N**on habitabit in
medio domus mee qui facit superbiā.
qui loquitur iniqua non duxit in con
spectu oculoz meoz **I**n matutino in
terficiebam omnes peccatores terre. ut
disperderem de ciuitate dñi omnes o
perantes iniquitatem.

f. i. i. s. i. p.
an) vbilate deo om

117
nis terra. **an** Clamor meus. evovae.

DOMINE

exaudi orationem
meam. et clamor
meus ad te ve
niat. **N**on a
vertas faciem
tuam a me. in

quacumq; die tribulor inclina ad me
aurem tuam. **I**n quacumq; die invo
cavero te. velociter exaudi me. **Q**uod
cens nubes ab extremo terre: fulgura in
pluuiam fecit. **Q**ui producit uentos de
thesauris suis: qui percussit primogenita
egypti ab homine usque ad pecus. **E**mi-
sit signa et prodigia in medio tui egypti:
in pharaonem et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: et occidit
reges fortes. **S**eon regem amonitoy:
et og regem basan: et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: heredi-
tatem israel populo suo. **D**omine nomen tuum
in eternum: domine memoriale tuum in generati-

one ⁊ generationem **Q**uia iudicabit dñs
 pplm suum ⁊ in seruis suis deprecabitur.
Simulacra gentium argentum ⁊ aurū
 opera manuum hominū **O**s habent ⁊
 non loquentur. oculos habent ⁊ nō uide
 bunt **A**ures habent ⁊ non audient.
 neq; enī est spiritus in ore ipoz **S**imi
 les illis fiant qui faciunt ea. ⁊ omnes
 qui confidunt in eis **D**omus isrl' be
 nedicite dño. domus aaron benedicite
 dño **D**omus leui benedicite dño. q̄
 timetis dñm benedicite dño **B**enedic
 tus dñs ex syon. qui habitat in iherlm.

G *Et* *in* *no* *mi* *na* *q* *ue* *c* *u* *m* *q* *ue* *u* *o* *l* *u* *i* *t* *d* *n* *s* *f* *e* *c* *i* *t* *a* *m* *e* *v* *o* *v* *a* *e*.
 Confitemini domino quoniā

bonus · quoniam in eternum misericordia ei.

Confitemini deo deorum · **qm̄** ·

Confitemini dño dñorum · **qm̄** ·

Qui facit mirabilia magna solus · **q** ·

Qui fecit celos in intellectu · **qm̄** ·

Qui firmavit terram sup̄ aquas · **q** ·

Qui fecit luminaria magna · **qm̄** ·

Solem in potestatem diei · **qm̄** ·

Lunam & stellas · in potestatem noctis ·

Qui percussit egyptum · cum primogeni

Qui eduxit isrl̄ · d̄ medio eorum **Et** **q** ·

In manu potenti · & brachio excelso · **q** ·

Qui diuisit mare rubrum · in diuisiones ·

Et eduxit isrl̄ · p̄ medium eius · **q** ·

Et excussit pharaonem & uirtutē ei ·

in mari rubro · **Q**ui traduxit

mur tui syon **I**n salicimus in medio eius.
suspendimus organa nra **Q**uia illic in
terrogauerunt nos qui captiuos duxerunt
nos. uerba cautionum **E**t qui abdu
xerunt nos. ymnū cantate nobis de can
ticis syon **Q**uom cantabim canticum
dñi. in terra aliena **S**i oblitus fuero
tui ierlm. obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucib; meis. si nō
meminero tui **S**i non pposuero ierlm.
in principio leticie mee **M**emor esto
dñe filioꝝ edom. in die ierlm. **Q**ui di
cunt exinanite. exinanite usq; ad funda
mentū in ea **F**ilia babilonis misera. **4**
beatus qui retribuet t' retributionē tuam
quam retribuisti nobis **B**eatus qui te

nebit. et allidet paruulos suos ad petram.

Vniuersi cantate nobis de canticis syon.

F **am** Deposuit

p Mag. evovae

Confitebor tibi domine in toto corde meo. qm̄ in conspectu. evovae.

audisti uerba oris mei. **I**n conspectu angelorum psallam tibi. adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et ueritate tua. qm̄ magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die inuocauero te exaudi me. multiplicabis in anima mea uirtutem.

Confiteantur tibi dñe omnes reges terre. quia audierunt omnia uerba oris tui.

Et cantent in uis dñi. qm̄ magna est gloria dñi. **Q**m̄ excelsus dñs et humilia

respicit. ⁊ alta a longe cognoscit. **S**i ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. ⁊ super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam ⁊ saluum me fecit dextera tua. **D**ñs retribuet pro me. dñe misericordia tua in seculum ⁊ opera manuum tuarum ne despicias.

Ant. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. **D**ñe

Domine probasti me ⁊ cognouisti me. tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. **I**ntellexisti cogitationes meas a longe. ⁊ semitam meam ⁊ funiculum meum inuestigasti. **E**t omnes uias preuidisti. quia non est sermo in lingua mea. **E**cce dñe tu cognouisti

167
omnia nouissima ⁊ antiqua. tu formasti
me ⁊ posuisti sup me manum tuā. **M**i
rabilis facta ē scientia tua ex me. confor
tata ē ⁊ non potero ad eam. **Q**uo ibo,
a spiritu tuo. ⁊ quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in celum tu illic es. si descen
dero ad infernū ades. **S**i sumptero pen
nas meas diluculo. ⁊ habitauero in extremis
maris. **E**t enim illuc manus tua dedu
cet me. ⁊ tenebit me dextera tua. **E**t di
xi forsitan tenebre conculcabunt me. et
nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabunt a te et
nox sicut dies illuminabit. sicut tenebre ei
ita ⁊ lumen eius. **Q**uia tu posedisti renes
meos. suscepisti me de utero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magni-
ficatus es. mirabilia opera tua et anima me-
a cognoscer nimis. **N**on est occultatum
os meum a te quod fecisti in occulto. et substan-
cia mea in inferioribus terre. **I**mpfectum
meum uiderunt oculi tui. et in libro tuo
omnes scribent. dies formabunt et nemo
in eis. **M**ichi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus. nimis confortatus
est principatus eorum. **D**inumerabo eos
et super arenam multiplicabunt. exurre-
xi et adhuc sum tecum. **S**i occideris deus
peccatores. uiri sanguinum declinate a
me. **Q**uia dicitis in cogitatione. accipi-
ant in uanitate ciuitates suas. **N**onne
qui oderunt te domine oderam. et super inimicos

cos tuos tabescebam **P**erfecto odio
oderam illos · inimici facti sunt in **P**ro
ba me deus ⁊ scito cor meū · interroga me
⁊ cognosce semitas meas **E**t uide si
uia iniquitatis in me est · ⁊ deduc me i

Tua eterna. **A** *ne pbasti me ⁊ cogno. me.*

Eripe me domine a homine
malo · a uiro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde ·
tota die constituebāt **P**relia **A**cue
runt linguam suam **S**icut serpentes ·
uenenum aspidum sub labiis eorū ·

Custodi me dñe de manu peccatoris ·
ab hominibus iniquis eripe me ·

Qui cogitauerunt supplantare gressus

meos absconderunt superbi laqueum in.
Et funes extenderunt in laqueum iuxta
iter scandalum posuerunt in. **D**omi dno
deus meus estu. exaudi dne uocem de
precationis mee. **D**omine dne uirtus
salutis mee. obumbrasti super caput me
um in die belli. **N**on tradas me dne
a desiderio meo peccatoru. cogitauerunt
contra me ne derelinquas me ne forte
exaltent. **C**aput circuitus eoz. labor
labioz ipoz. **O**periet eos. **C**adet
sup eos carbo. **F**unes. in ignem deiciet
eos in miseris non subsistent. **V**ir lin
guosus non diriget in terra. iurum in
iustum mala capient in interitu. **C**og
nou quia faciet dns iudicium inopis.

et uindictam pauperum **T**eruntamen
iusti confitebuntur nomini tuo. et habita
bunt recti cum uultu tuo. **O**

A uiro iniquo libera me domine. **an** Domine. exo¹vae.

D ne clamaui ad te exaudi me.
intende uoci mee dum clamaue
ro ad te. **D** irigatur oratio mea sic
incensum in conspectu tuo. eleuatio ma
nuu meaz sacrificium uespertinu. **P** o
ne dne custodiam ori meo. et ostium cir
cumstantie labiis meis. **N** on declines
cor meu in uerba malicie. ad excusan
das excusationes in peccatis. **Q** um
hominib; operantibus iniquitatem. et
no comunicabo cu electis eoz. **C** orripi

et me iustus in misericordia ⁊ increpabit me.
oleum aut peccatoris non impinguet ca-
put meum. **Q**uoniam adhuc ⁊ oratio mea in
beneplacitis eorum. absorpti sunt iuncti petre
iudices eorum.

Audient uerba mea quoniam
potuerunt. sicut crassitudo terre erupta
est super terram.

Dissipata sunt ossa
secus in infernum. quia ad te domine domine
oculi mei. in te speravi non auferas ani-

amam meam. **C**ustodi me a laqueo quem
statuerunt in. ⁊ abscondalis operantiū
iniquitatem.

Cadent in retriaculo eius
peccatores. singulariter sum ego donec

Transeam.

Domine clamaui ad te exaudi me. **an** Portio. evovae.
Voce mea ad dominum clamaui. uoce

mea ad dñm deprecatus sum. **E**ffundo
 in conspectu eius orationem meam. ⁊ t̄bu-
 lationem meā ante ip̄m p̄nuntio. **I**nde
 faciendo ex me sp̄m meū. ⁊ tu cognouisti
 semitas meas. **I**n uia hac qua ambula-
 bam. absconderunt laqueum in. **C**on-
 siderabam ad dexteram ⁊ uidebam. et
 nō erat qui cognosceret me. **P**erit fu-
 ga a me. ⁊ non est qui requirat animam
 meā. **C**lamauy ad te dñe. dixi tu es spes
 mea portio mea in terra uiuentiū. **I**nten-
 de ad deprecationē meam. quia humiliat⁹
 sum nimis. **L**ibera me a p̄sequentibus
 me. quia confortati sunt sup me. **E**duc
 de custodia animam meā ad confitendū
 nomini tuo. me expectant iusti donec

retribuas michi.

Psalmus. 88.

Dulcepit d's
Mag. exovae

An Portio mea domine sit in terra uiuentium. penitentialis

Domine exaudi orationem meam.
Auribus percipe obsecrationem
meam. in ueritate tua exaudi me in tua
iusticia. **E**t nō intres in iudiciū cum
seruo tuo. quia non iustificabit in con
spectu tuo omnis uiuens. **Q**uia psecu
tus ē inimicus animam meā. humiliavit
in terra uitā meam. **C**ollocauit me in
obscuris sicut mortuos scilicet. et anxius
ē sup me sp̄s meus. in me turbatum est
cor meū. **M**emor fui dierum antiquorū.
meditatus sum in omnibus operib; tuis.
in factis manūū tuarū meditabar. **E**x
pandi manus meas ad te. anima mea

sicut terra sine aqua tibi **V**elociter exau-
 di me dñe. defectit sp̄s meus **N**on auer-
 tas faciem tuam a me. ⁊ similis ero descen-
 dentibus in lacum **A**udiam fac in mane
 misericordiam tuā. quia in te speravi **R**ota
 fac michi uiam in qua ambulem. quia
 ad te leuaui animam meā **E**xipe me
 de inimicis meis domine ad te confugi.
 doce me facere uoluntatem tuā quia d̄s
 meus estu **S**piritus tuus bonus dedu-
 cet me in terram rectam. p̄pter nomen tuū
 dñe uiuificabis me in equitate tua.
Exduces de tribulatione animam meam.
 ⁊ in misericordia tua disperdes inimicos meos
Et perdes omnes qui tribulant animam
 meam. quoniam ego seruus tuus sum.

Benedictus . evovae .

Benedictus dominus deus meus qui
docet manus meas ad prelium . et
digitos meos ad bellum . **Q**uiescit
mea et refugium meum . susceptor meus et li-
berator meus . **P**rotector meus et in ipso
speraui . qui subdis populum meum sub me .
None quid homo quia innotuisti ei .
aut filius hominis quia reputas eum .
Homo uanitati similis factus est . dies ei
sicut umbra pretereunt . **N**one inclina
celos tuos et descende . tange montes et
fumigabunt . **F**ulgura conuersionem
et dissipabis eos . emitte sagittas tuas . et
conturbabis eos . **M**itte manum tuam

de alto. ⁊ eripe me ⁊ libera me de aquis
 multis. ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ. **Q**uoꝝ
 rum os locutuꝝ est uanitatẽ. ⁊ dextera
 eoꝝ dextera iniquitatis. **D**ñs canticum
 nouum cantabo tibi. in psalterio decacoro
 do psallam. **Q**ui das salutem regibꝫ.
 qui redemisti dauid seruũ tuũ de gladio
 maligno eripe me. **E**t erue me de manu
 filioꝝ alienoꝝ. quoz os locutum est ua
 nitatem. ⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitatis.
Quoꝝ filij: sicut nouelle plantationes
 in iuuentute sua. **F**ilie eoꝝ composite.
 circumornate ut similitudo templi.
Promptuaria eoꝝ plena. erupuantia
 ex hoc in illud. **O**ues eoꝝ fetose habun
 dantes in egressibus suis. boues eoꝝ cras

se **N**on est ruina macerie. neq; tūctus
neq; clamor in plateis eoz. **B**eatum
dixerunt pplm cui hec sunt. beatus pls
cuius dñs deus eius

f i s n n i r i c l s p i i i i i
an Benedictus dominus dñs meus. **an** In eternum. evovae.

Exaltabo te deus meus rex.
Et benedicam nomini tuo in sc̄lm
et in sc̄lm sc̄li. **P**er singlos dies benedicā
t. et laudabo nomen tuum in sc̄lm et in
sc̄lm sc̄li. **M**agnus dñs et laudabilis nimis.
et magnitudinis eius non ē finis. **G**enera
tio et generatio laudabit opera tua. et po
tentiam tuā p̄nunciabūt. **M**agnificen
tiam gl̄e sanctitatis tue loquentur. et mi
rabilia tua narrabunt. **E**t virtutem ter

tribilium tuorum dicent. et magnitudinem
 tuam narrabunt. **M**emoriam habundan-
 tie suauitatis tue eruntabunt. et iusticia
 tua exultabunt. **M**iserator et misericors
 dominus. paciens et multum misericors. **S**ua-
 uis dominus uniuersis. et miserationes eius super
 omnia opera eius. **C**onfiteantur tibi domine om-
 nia opera tua. et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent. et potentiam tuam
 loquentur. **E**t notam faciant filiis hominum
 potentiam tuam. et gloriam magnificentie reg-
 ni tui. **R**egnum tuum regnum omnium se-
 culorum. et dominatio tua in omni generatio-
 ne et generatione. **F**idelis dominus in omnibus
 uerbis suis. et sanctus in omnibus operibus
 suis. **A**lleuat dominus omnes qui corruunt.

ms

et erigit omnes elisos **O**culi omnium in te
spiciunt domine. et tu das esca illorum in tempo
re oportuno **A**peris tu manum tuam
et implebis omne animal benedictione. **I**us
tus dominus in omnibus viis suis. et sanctus
in omnibus operibus suis **P**rope est do
minus omnibus invocantibus eum. omnibus
invocantibus eum in veritate **V**olunta
tem timentium se faciet. et deprecationem
eorum exaudiet. et saluos faciet eos.
Custodit dominus omnes diligentes se. et
omnes peccatores **L**audationem domini lo
quetur os meum. et benedicat omnis caro
nominum sancto eius in seculum. et in seculum seculi.

In eternum et in seculum seculi **an** *Laudabo. evovae.*

Lauda anima mea dominum. laudabo
 dominum in uita mea. psallam deo
 meo quamdiu fuero. **N**olite confidere in
 principibus. in filiis hominum in quibus non
 est salus. **E**ribit spiritus eius et reuertetur in
 terram suam. in illa die peribunt omnes
 cogitationes eorum. **B**eatus cui deus
 iacob adiutor eius. spes eius in domino deo
 ipsius. qui fecit celum et terram mare et
 omnia que in eis sunt. **Q**ui custodit
 ueritatem in seculo. facit iudicium iuu-
 riam patientibus. dat escam eripientibus.
Dominus soluit compeditos. dominus
 illuminat cecos. **D**ominus erigit elisos.
 dominus diligit iustos. **D**ominus custo-
 dit aduenas. pupillum et uiduam suis.

cipiet. ⁊ uias peccatorꝝ disperdet.

Regnabit dñs in sc̄la. ⁊ deus tuus syon
in generatione ⁊ generatione.

an Laudabo deum meū in uita mea. **an** Deo n̄ro. evovae

Laudate dñm qm̄ bonus est psalm̄.

Ideo n̄ro sit iocunda decoraq; lauda

Et edificans iherlm̄ dñs. dispersio

nes isrl̄ congregauit. **Q**ui sanat con

tritos corde. ⁊ alligat contritiones eorꝝ.

Qui numerat multitudinē stellarum.

⁊ om̄ibꝫ eis nomina uocant. **M**ag

nus dñs n̄r ⁊ magna uirtus ei. ⁊ sapi

entia eius non est numerus. **S**usci

piens mansuetos dñs. humilians autē

peccatores usq; ad terram. **P**reciuite

domino in confessione. psallite deo nro
in cythara

Qui operit celum nubi
bus. et parat terre pluuiam

Qui p
ducit in montib; fenum et herbam. serui
tuti hominu

Qui dat iumentis escam
ipoz. et pullis coruoz. inuocantib; eum.

Non infortitudine equy uoluntatem
habebit. neq; in tibus uiri beneplacitu

erit et **B**eneplacitum e domino sup
timentes eum. et in eis qui sperant sup

miseriordia eius.

Lauda deo nostro iocunda sit laudatio. **L**auda
deum tuum syon

Qui confortauit seras
portaz tuaz. benedixit filiis tuis in

te **Q**ui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti faciat te **Q**ui emittit eloquium suum terre: uelociter currit sermo eius **Q**ui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit **M**ittit cristallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius qui sustinebit **V**

Emittet uerbum suum et liquefaciet ea: flauit spiritus eius et fluent aque **Q**

annunciat uerbum suum iacob: iusticias et iudicia sua israel **N**on fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifest

Trauit eis.

Laudate ierusalem dominum.

Laudate dominum de celis: laudate eum

in excelsis **L**audate eum omnes angeli

eius. laudate eum omnes uirtutes eius.
Laudate eum sol & luna. laudate eum omnes stelle & lumen. **L**audate eum celi celoz. & aque que sup celos sunt laudent nome dñi. **Q**uia ipe dixit & facta sunt. ipe mandauit & creata sunt. **S**tatuuit ea in eternum & in scdm scli. preceptum posuit & no preteribit. **L**audate dñm de terra. dracones & omnes abyssi. **I**gnis grandine glacies spc procellaz. que faciunt uerbum eius. **M**ontes & omnes colles. ligna fructifera & omnes cedri. **B**estie & uniuersa peccora. serpentes & uolucres pennate. **R**eges terre & omnes ppli. principes et omnes iudices terre. **L**uuenes & uirgines senes cum iunioribus laudent nomen dñi.

quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super celum et terram.

et exaltabit cornu populi sui.

Vinnus om-

nibus sanctis eius. filijs israel populo appropin-

quanti sibi.

Cantate domino canticum novum.

laus eius in ecclesia sanctorum.

Letetur israel in eo qui fecit eum. et filie sy-

on exultent in rege suo.

Laudent nomen

eius in choro. in tymphano et psalterio psallant

ei.

Quia beneplacitum est domino in populo

suo. et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria. letabuntur

in cubilibus suis.

Exultationes dei in gut-

ture eorum. et gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus.

inreparationes in pplis **A**d alligandos reges eoz in compedibus. ⁊ nobiles eoz in

manicis ferreis **U**t faciant in eis iudiciū conscriptū. glia hec est omnibus sanctis

laudate dominū in sanctis **T**eius. eius. laudate eum in firmamento uir-

tutis ei **L**audate eū in uirtutib; eius. laudate eum scdm multitudinē magnitu-

dinis eius **L**audate eum in sono tube. laudate eum in psalterio ⁊ cythara **L**au-

date eum in tymphano ⁊ choro. laudate eum in cordis ⁊ organo **L**audate eū in cymba-

lis bene sonantibus. laudate eū in cybalis iubilationis. omnis spē laudet dominum.

Gnfitebor tibi domine quoniam iustus es in con-

uersus est furor tuus et consolatus es me.

Ecce deus saluator meus. fiducialiter agam ^{non timedo}

in eo. **Q**uia fortitudo mea et laus mea dominus.

et factus est mihi in salutem. **H**aurietis aquas

in gaudio de fontibus saluatoris. et dicetis

in illa die confitemini domino et inuocate nomen

ei. **N**otas facite in populis adiuuentiones eius.

mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino quoniam magnifice fecit. annun-

ciate hoc in uniuersa terra. **E**xulta et

lauda habitatio syon. quia magnus in

medio tui sanctus israel. **Canticum ezechie.**

Ego dixi in dimidio dierum meorum

quadam ad portas inferi. **Q**uesti-

ui residuum annorum meorum. dixi non uide-

bo dominum deum in terra uiuentium. **N**on

aspiciam hominem ultra: ⁊ habitatozem
 quietis **G**eneratio mea ablata est et
 conuoluta ē ame: quasi tabernacula pas
 toꝝ **P**recisa ē uelud a texente uita mea:
 dum adhuc ordiret succidit me: de mane
 usq; ad uesperam finies me. **S**perabam
 usq; ad mane: quasi leo sic contriuit om
 nia ossa mea **D**e mane usq; ad uespe
 ram finies me: sicut pullus hyrundinis
 sic clamabo meditabor ut columba.
Atenuati sunt oculi mei: suspicientes
 in excelsum **D**ñe uim pacioꝝ respon
 de p me: quid dicam aut quid respon
 debit m̄ cum ip̄e fecerim **R**ecogitabo
 tibi omnes annos meos: in amaritudine
 anime mee **D**ñe si sic uiuitur: ⁊ in

talibus uita sp̄e mei corripies me ⁊ uiuifi-
cabis me. ecce in pace amaritudo mea ama-
rissima. **S**icut eruisi animā meā ut
nō periret. ⁊ percisti post tergum tuum
omnia peccata tua. **Q**uia nō infernus
cōfitebitur tibi. ⁊ neq; mors laudabit te.
nō expectabunt qui descendūt in lacū
ueritatem tuā. **V**uens uidens ip̄e con-
fitebitur tibi. ⁊ sicut ⁊ ego hodie. pater fi-
lius notam faciet ueritatē tuā. **D**ñe
saluum me fac. ⁊ psalmos nr̄os cantabi-
mus cunctis uite nr̄e in domo domini.

diebus

Aurtauit cor meum. **Canticum anne.**
in dño. ⁊ exaltatum ē cornu meū
in deo salutari meo. **D**ilatatum ē os
meū sup inimicos meos. **Q**uia letata sum

in salutari tuo **N**on est sanctus ut est
 dñs. neq; enim est alius ex tra te. et non e
 fortis sicut deus nr **N**olite multiplica
 re loqui sublimia. gloriantes **R**ecedant
 uetera de ore ura. quia deus scientiar
 dñs e. et ipi pparant cogitationes **A**rcus
 fortium superatus e. et infirmu accincti s
 robore **R**epleti prius p panibus se lo
 cauerunt. et famelici saturati sunt **O**
 nec sterilis peperit plurimos. et que multos
 habebat infirmata e **D**ñs mortificat
 et uiuificat. deducit ad inferos et reducit
Oñs pauperem facit et ditat. humiliat
 et sublimat **S**uscitans de puluere e
 genum. et de stercore erigens pauperem. **E**leuat
At sedeat cum principib; et solum

filios

eleuat //

glorie teneat **D**ominum enim sunt car-
dines terre. ⁊ posuit sup eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruabit. ⁊ im-
pium in tenebris concitescent. quia non
in fortitudine sua roborabitur uir.

Dominum formidabunt aduersarii eius. et
sup ipsos in celis tonabit **D**ominus iudica-
bit fines terre. ⁊ dabit impium regi
suo. ⁊ sublimabit cornu christi sui.

Antemus domino
gloriosè enim magnificatus est. equum
⁊ ascensorem proiecit in mare **F**ortitudo
mea ⁊ laus mea dominus. ⁊ factus est michi
in salutem **I**ste deus meus ⁊ glorificabo
eum. deus patris mei ⁊ exaltabo eum.

Dominus quasi uir pugnator omnipotens

177
nomen eius. currus pharaonis et exerci-
tum eius proiecit in mare. **E**lecti prin-
cipes eius submersi sunt in mari rubro.
abyssi operuerunt eos. descenderunt in
profundum quasi lapis. **D**extera tua
domine magnificata est in fortitudine. dex-
tera tua domine percussit inimicum. et in
multitudine glorie tue deposuisti adu-
sarios meos. **M**isisti iram tuam que
denotauit eos sicut stipulam. et in spiritu
furoris tui congregate sunt aque. **S**ce-
tit unda fluens. congregate sunt abyssi
in medio mari. **D**ixit inimicus per-
sequar et comprehendam. diuidam spo-
liam. implebit anima mea. **E**uagina-
bo gladium meum. interficiet eos manus

mea **F**lauit spiritus tuus et operuit
eos mare. submersi sunt quasi plum-
bum in aquis uehementibus. **Q**uis si-
milis tui in fortibus domine. quis similis
tui magnificus in sanctitate. terribilis
atque laudabilis et faciens mirabilia.
Extendisti manum tuam. et deuorauit
eos terra. **O**ux fuisti in misericordia tua.
populo quem redemisti. **E**t portasti eum
in fortitudine tua. ad habitaculum sanctum
tuum. **A**scenderunt populi et uati sunt. do-
lores obtinuerunt habitatores philistin.
Tunc conturbati sunt principes edom.
robustos moab obtinuit tremor. obri-
guerunt omnes habitatores chanaan.
Trruat super eos formido et pavor. in mag-

nitudine brachij tui. **F**iant immobiles
quasi lapis. donec p̄traſeant p̄pls tuus
dñe. donec p̄traſeant p̄pls tuus iſte que
poſſediſti. **I**ntroduces eos ⁊ plantabis
eos in monte hereditatis tue. firmiſſimo
habitaculo tuo qd̄ operatus es domine.

Sanctuarium tuum dñe qd̄ firmaue
runt manus tue. dñs regnavit in ætuum
⁊ ultra. **I**ngreſſus ē enim eques phara
o cum currib; ⁊ equitib; eius in mare.
⁊ reduxit ſup̄ eos dñs aquas maris.

Filiū aut̄ iſrl̄ ambulauerūt p̄ ſiccum.

Canticū abacuc **I**n medio eius.
Domine audiui. auditionem tuā
⁊ timui. **D**ñe opus tuū. in medio an
noꝝ unifica illud. **I**n medio annoꝝ



notum facies: cum iratus fueris misericordie
recordaberis. **O**s ab austro ueniet: et
sanctus de monte pharan. **O**peruit
celos gloria eius: et laudis eius plena est
terra. **S**plendor eius ut lux erit: cor
nuia in manibus eius. **I**bi abscondita est for
titudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius:
stetit et mensus terram. **A**sperxit et dissol
uit gentes: et contriti sunt montes sancti.
Incurwati sunt colles mundi: ab itine
ribus eternitatis eius. **P**ro iniquitate
uidi tentoria ethiopiae: turbabuntur
pelles terre madian. **N**unquid in flu
minibus iratus es domine: aut in fluminibus
furores tuos: uel in mari indignatio tua.

Qui ascendis super equos tuos et quadri-
 ge tue saluatio **S**uscitans suscitabis ar-
 cum tuum iuramenta tribubus que locu-
 tus es **F**luuios scindes terre uiderunt
 te aque et doluerunt montes gurges aqua-
 rum transiit **O**edit abyssus uocem suam
 altitudo manus suas leuabit **S**ol et lu-
 na steterunt in habitaculo suo in luce sa-
 gittarum tuarum ibunt in splendore fulgu-
 rantis haste tue **I**n fremitu concalcabis
 terram in furore obstupescies gentes
Egressus es in salutem populi tui in salu-
 tem cum christo tuo **P**ercussisti caput
 de domo impij denudasti fundamentum
 usque ad collum **M**aledixisti sceptris eius
 capiti bellatorum eius uenientibus ut turbo

ad dispergendum me **E**xultatio eorum sicut
eius. qui deuorat pauperem in abscondi-
to **V**iam fecisti in mari equis tuis. in
luto aquarum multarum **A**udiuimus et cont-
batus est uenter meus. a uoce contremue-
runt labia mea **I**ngrediatur putredo in
ossibus meis. et subter me scateat **U**t re-
quiescam in die tribulationis. ut ascenda
ad populum accinctum uirum **F**icus enim non
florebit. et non erit germen in uineis.
Quiescet opus oliue. et arua non af-
ferent cibum **A**bscidet de ouili pecus.
et non erit armentum in presepibus **E**go au-
tem in domino gaudebo. et exultabo in deo
ihesu meo **D**ominus dominus fortitudo mea. et
ponet pedes meos quasi cernorum **E**t su-

per excelsa mea: deducet me uictor. in psal-
mis canentem. *Canticum sci moysi pphie.*

Audite celi que loquar. audiat ter-
ra uerba oris mei. **C**oncresecat

in pluuia doctrina mea. fluat ut ros elo-
quium meum. **Q**uasi ymber sup herbam.

et quasi stille sup gramina. quia nomen
dñi inuocabo. **O**ate magnificentia deo

nro. dei pfecta sunt opa. et omnes uie ei
iudicia. **D**eus fidelis et absq; ulla iniqui-
tate iustus et rectus. peccauerunt ei et non

filij eius in sordib; **G**eneratio praua atq;
puersa. heceme reddis dño pple stulte et

insipiens. **N**unquid nõ ipse est pater
tuus. qui possedit te et fecit et creauit te.

Memento dier antiquoz. cogita genera-

tionem singulas. **I**nterroga patrem tuum et
annuntiabit tibi maiores tuos et dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes.
quando sepebat filios adam. **C**on
stituit terminos populoꝝ iuxta numerum
filioꝝ israel. **P**ars autem domini populus eius iacob
funiculus hereditatis eius. **I**nuenit eum in
terra deserta in loco horronis et uaste soli
tudinis. **C**ircumdixit eum et docuit
et custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad uolandum
pillos suos et super eos uolitans. **E**xpa
dit alas suas et assumpsit eos atque porta
uit in humeris suis. **D**ominus solus dux eius
fuit et non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram. **ut**

comideret fructus agrorum. **U**t sugeret mel
 de petra. oleumq; de saxo durissimo.
Butirum de armento & lac de ouibus.
 cum adipe agnorum & arietum filiorum basan.
Et yrcos cum medulla tritici. & sanguinem
 ube biberent meracissimum. **I**ncrassatus
 est dilectus & recalcitrauit. incrassatus
 impinguatus dilatatus. **D**ereliquit deum
 factorem suum. & recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in diis alienis. & in
 abominationibus ad inuicemiam conuertite
 runt. **I**mmolauerunt demonibus & non deo.
 diis quos ignorabant. **N**ouj recentesq;
 uenerunt. quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti. & oblitus
 es domini creatoris tui. **V**idit dominus & ad ira

Incandiam concitatus est. quia prouocauerunt eum filij sui et filie. Et ait abscondam faciem meam ab eis. et considerabo nouissima eorum. **G**eneratio enim perversa est. et infideles filij. **I**psi me prouocauerunt in eo qui erat deus. et irritauerunt in uanitatibus suis. **E**go autem prouocabo eos in eo qui non est populus. et in gente stulta irritabo illos. **I**gnis succensus est in furore meo. et ardabit usque ad inferni nouissima. **Q**uoniam deuorabitque terram cum germine suo. et montium fundamenta comburet. **C**ongregabo super eos mala. et sagittas meas complebo in eis. **C**onsumentur fame. et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. **D**entes bestiarum inmittam in

179
eos · cum furore trahentium sup̄ terram atq̄
serpentium **F**oris uastabit eos gladius
et incus pauor · iuuenem simul ac uirginem
lactentem cum homine sene **E**t dixi ·
ubi nam sunt · cessare faciam ex hominibz
memoriam · eoz **S**ed ppter iram
inimicorū distuli · ne forte supbirent hos
tes eoz **E**t dicerent manus nra excel
sa · et nō dñs fecit hec omnia **G**ens
absq̄ consilio ē · et sine prudentia · utinam
saperent et intelligerent · ac nouissima p
ut · derent **Q**uomodo p̄sequebatur v
nus mille · et duo fugarent decem milia ·
Nonne ideo quia deus suus uendidit eos ·
et dñs conclusit illos **N**on enim ē dñs n̄r
ut dñi eoz · et inimici n̄ri sunt iudices ·

De uinea sodomorum uinum eorum. et de
suburbanis gomorre. **V**ua eorum uua fel-
lis. et botrus amarissimus. **F**el draco-
num uinum eorum. et uenenum aspidum
in sanabile. **N**onne hec condita sunt
apud me. et signata in thesauris me-
is. **Q**uia est ultio et ego retribuam eis
in tempore. ut labatur pes eorum. **I**uxta
est dies perditionis. et adesse festinant tem-
pora. **I**udicabit dominus populum suum. et in ser-
uis suis miserebitur. **V**idebit quod infirma-
ta sit manus. et clausi quoque defecerunt.
residuique consumpti sunt. **E**t dicent ubi
sunt dii eorum. in quibus habebant fiduciam.
De quorum uictimis comedebant adipem.
et bibebant uinum lybaminum. **S**urgat

180
et opitulentur uobis. et in necessitate uos
protegant. **V**idete quod sim solus. et non sit
alius deus preter me. **E**go occidam
et ego uiuere faciam. percussio et ego
sanabo. et non est qui de manu mea possit
eruere. **L**euabo ad celum manum meam.
et dicam uiuo ego in eternum. **S**i accue
ro ut fulgur gladium meum. et arripuerit
iudicium manus mea. **R**eddendam ultionem
hostibus meis. et his qui oderunt me retri
buam. **I**nebriabo sagittas meas sangui
ne. et gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occisorum. et de captiuitate uicta
rum inimicorum capitum. **L**audate gentes populum
eius. quia sanguinem seruorum suorum ulescetur.
Et uindictam retribuet in hostes eorum.

et propicius erit terre populi sui.

Ymnus trium prophetarum

Benedicite omnia opera dñi
dño · laudate ⁊ sup exalta
te eum in sc̄la **B**ened' angli dñi dño ·
bened' celi dño **B**ened' aque omnes
que sup celos sunt dño · bened' omnes
uirtutes dñi dño **B**ened' sol ⁊ luna
dño · bñd' stelle celi dño **B**ened' om̄is
ymber ⁊ ros dño · bñd' om̄is sp̄c dñi dño ·
Bened' ignis ⁊ estus dño · bñd' frigus
⁊ estas dño **B**ened' rores ⁊ pruina dño ·
bñd' gelu ⁊ frigus dño **B**ened' glacies
⁊ niues dño · bñd' noctes ⁊ dies domino ·
Bened' lux ⁊ tenebre dño · bñd' fulgu
ra ⁊ nubes dño **B**ened' terra domino ·

laudet ⁊ sup exaltet eum in sc̄la **B**ene
 dicite montes ⁊ colles dño ⁊ bnd̄ uniuersa
 germinantia in terra dño **B**enedicite
 fontes dño ⁊ maria ⁊ flumina dño.
Bened̄ cete ⁊ omnia que mouent̄ in aquis
 dño ⁊ bnd̄ omnes uolucres celi dño **B**e
 ned̄ omnes bestie ⁊ peccora dño ⁊ bnd̄ fi
 lij hominū dño **B**enedicat isrl̄ dño ⁊
 laudet ⁊ sup exaltet eum in sc̄la **B**ene
 dicite sacerdotes dñi dño ⁊ bened̄ serui
 dñi dño **B**ened̄ sp̄c ⁊ anime iustoz do
 mino ⁊ bened̄ sancti ⁊ humiles corde dño.
Bened̄ anania azaria misabel dño ⁊
 laudate ⁊ sup exaltate eū in sc̄la **B**e
 nedicamus patrem ⁊ filiū cum sc̄o
 sp̄u ⁊ laudemus ⁊ sup exaltemus eum

in secula **B**enedictus es dñe in firma-
mento celi. laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ sup-
eraltatus in secula **Canticum zacharie.**

Benedictus dominus deus isrl.
quia uisitauit ⁊ fecit redempti-
onem plebis sue **E**t erexit cornu salu-
tis nobis. in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus ē p̄ os sanctorū. qui
a seculo sunt p̄ph̄arū eius **S**alutem ex-
imunicis nr̄is. ⁊ de manu omnium qui
oderunt nos **A**d faciendam misericordiam

cum patribz nr̄is. ⁊ memorari testamen-
ti sui sancti **I**us iurandum quod iura-
uit ad abraham puerum suū. daturum
se nobis **U**t sine timore de manu
inimicorū nr̄orū liberati. seruiamus

illi **I**n sanctitate et iusticia coram ipso. om-
 nibus diebus uris **E**t tu puer propheta al-
 tissimi uocaberis. preibis enim ante faci-
 em dñi parare uias **A**d dandam scien-
 tiam salutis plebiseuis. in remissionem e-
 orum **P**er uiscera misericordie dei uris. in
 quibus uisitauit nos oriens ex alto **I**l-
 luminare hos qui in tenebris et in umbra
 mortis sedent. ad dirigendos pedes uris
 in uiam pacis. *ymnus ambrosij et augustini*

Gloriamus te dñm confi-
 temur **G**e eternum patre omnis ter-
 ra uenerat **T**ibi omnes angeli tibi celi et
 uniuerse potestates **T**ibi cherubin et se-
 raphin incessabili uoce pclamant **S**cs
Scs **S**cs **D**ominus deus sabaoth.

+

+



Pleni sunt celi ⁊ terra maiestatis gl'ie tue.
Ge gloriosus apostolor' chorus **T**e pro
ph'az laudabilis numerus **G**e mart'yz
candidatus laudat exercitus **T**e per
orbem terraz sancta confite' ecclesia.
Patrem immense maiestatis **V**enera
dum tuū uerum ⁊ unicum filium.
Sc'm quoq; paraclitū sp'm **G**v rex
gl'ie xp'e **G**u patris sempiternus es fi
lius **G**u ad liberandum suscepturus
homine non horruisti uirginis uterum.
Gv deuicto mortis aculeo aperuisti cre
dentibz regna celoz **G**v ad dexteram
dei sedes in gl'ia patris **I**udex crederis
esse uenturus **G**e ergo quesumus tuis
famulis subueni quos precioso sangui

ne redemisti **E**terna fac cum sanctis
tuis glia munerari **S**aluum fac pplm
tuu dñe ⁊ benedic hereditati tue **E**t re
ge eos ⁊ extolle illos usq; in eternum.

Per singulos dies benedicimus te **E**t
laudamus nomē tuum in sc̄m ⁊ in sc̄m
sc̄lī **D**ignare dñe die isto sine peccato
nos custodire **M**iserere nr̄i dñe miserē
nr̄i **F**iat misericōdia tua dñe sup nos quē

admodum sperauimus in te. ~~iat mi
serere nr̄i dñe miserē nr̄i~~
~~sc̄lī dignare dñe die isto sine peccato nos custodire~~
~~admodum sperauimus in te.~~ **I**n te dñe sperauy non
confundar in eternum. *Canticum sancte G.*

MAgnificat anima mea dominum.
Et exultauit sp̄s meus in deo
salutari meo **Q**uia respexisti humilitatē



ancille sue. ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes **Q**uia fecit
in magna qui potens est. et sanctum
nomen eius **E**t misericordia eius appropinquavit
in progenies. timentibus eum **F**ecit
potentiam in brachio suo. dispersit super
bos mente cordis sui **D**eposuit poten-
tes de sede. et exaltauit humiles **G**ru-
rientes impleuit bonis. et diuites dimi-
sit inanes **S**uscepit israel puerum suum.
recordatus misericordie sue **S**icut locutus
est ad patres nostros. abraham et semini eius
in secula **Canticum symeonis prophete**

Nunc dimittis seruum tuum domine.
secundum uerbum tuum in pace **Q**uia
uiderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti. ante faciem omnium pploꝝ
Lumen ad revelationem gentium. ⁊ glo
riam plebis tue isrl. *Oratio dominica*

Pater noster qui es in celis. sanctificet
nomen tuum **A**dueniat regnum
tuum **F**iat uoluntas tua sicut in celo
⁊ in terra **P**anem nr̄m cottidianum da
nobis hodie **E**t dimitte nobis debita no
stra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝫ nr̄is
Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos a malo A M E N. Symbolum.

Credo in deum patrem omnipotentem.
creatore celi ⁊ terre. **E**t in ih̄m xp̄m
filium eī unicum dñm nr̄m **Q**ui concept⁹
ē de spiritu sc̄o **N**atus ex maria uirgine
Passus sub pontio pilato **C**rucifixus

mortuus ⁊ sepultus **D**escendit ad infer-
na **T**ercia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad celos sedet ad dexteram di-
patris omnipotentis **I**nde uenturus est
iudicare uiuos ⁊ mortuos **C**redo in spi-
ritum sanctum **S**cām eccliam catho-
licam **S**anctorū communione **R**emis-
sionem peccatorū **C**arnis resurrectionē
et uitam eternam. **A** **M** **E** **X**.

Canticum anastasi ep̄i.

Quicumq; uult saluus esse. ante
omnia opus ē ut teneat catholicā
fidem **Q**uam nisi quisq; integram inui-
otamq; seruauerit. absq; dubio in eternū
peribit **F**ides aut catholica hec ē. ut u-
num deum in trinitate ⁊ trinitatem in u-

185
nitate ueneremur **N**eq; confundentes
p̄sonas · neq; substantiam separantes.

Alia ē enim p̄sona patris alia filij · alia
spiritus sancti **S**ed patris ⁊ filij ⁊ sp̄c
sancti una ē diuinitas · equalis gl̄ia coet̄

na maiestas **Q**ualis pater talis filius ·
talis sp̄c sanctus **I**ncreatus pater increa
tus filius · increatus sp̄c sanctus **I**mmen

Sus pater immensus filius · immen
sus spiritus sanctus **E**ternus pa
ter eternus filius · eternus sp̄c sanctus.

Et tamen non tres eterni · sed unus eter
nus **S**icut non tres increati · nec tres im
mensi · s; unus increatus ⁊ unus immensus.

Similiter om̄p̄e pater · om̄p̄e filius · om̄
nipotens sp̄c sc̄s **E**t tamen non tres om̄

impotentibus · s; unus om̄pc. **I**ta deus pat̄
deus filius · d̄s sp̄c sc̄s **E**t tamen non
tres dij · s; unus ē deus **I**ta d̄ns pater
d̄ns filius · d̄ns sp̄c sc̄s **E**t tamen nō
tres d̄ni · s; unus est d̄ns **Q**uia sicut
singillatim unam quamq; p̄sonam d̄m
et d̄m confiteri xp̄iana ueritate cōpellim̄.
ita tres deos aut d̄nos dicere catholica
religione prohibem̄ **P**ater a nul
lo ē factus · nec creatus nec ge
nitus
Filius a patre solo ē · non factus nec cre
atus s; genitus **S**piritus sc̄s a patre et
filio · non factus nec creatus nec genitus
sed p̄cedens **U**nus ergo pater non ^{tres} pa
tres · unus filius non tres filij · unus sp̄c
sc̄s non tres sp̄c sancti **E**t in hac trinita

te nichil prius ac posterius. nichil maius
aut minus. sed tunc tres persone coeterne
sibi sunt et coequales **I**ta ut per omnia si-
cut iam supra dictum est. et trinitas in u-
nitate et unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse. ita de trinitate
sentiat **S**ed necessarium est ad eternam
salutem. ut incarnationem quoque domini nostri
ihesu christi fideliter credat **E**st ergo fides
recta ut credamus et confiteamur. quod dominus
noster ihesu christus dei filius deus et homo est.

Deus est ex substantia patris ante secula
genitus. et homo est ex substantia matris in
seculo natus **P**erfectus deus perfectus homo.
ex anima rationali et humana carne sub-
sistens **E**qualis patri secundum diuinitatem.

iniori patre scdm̄ humanitatē **Q**ui licet
deus sit ⁊ homo · non duo tamen sed u
nus ē xpc̄ **O**mnis aut̄ non conuersio
ne diuinitate in carne · s̄ assumptione
humanitatis in deo **U**nus omnino · nō
confusione substantie s̄ unitate p̄sone ·
Nam sicut anima rationalis ⁊ caro unus
ē homo · ita deus ⁊ homo unus ē xpc̄ ·
Qui passus ē p̄ salute n̄ra · descendit ad
infern̄os ^{tertia die} resurrexit a mortuis **A**scendit
ad celos · sedet ad dexteram dei patris om
nipotentis · inde uenturus iudicare uiuos
⁊ mortuos **A**d cuius ad uentū omnes
homines resurgere habent cum corpib;
suis · ⁊ reddiduri sunt de factis p̄p̄ris
rationem · **E**t qui bona egerunt ibunt

187
in uitam eternam. qui uero mala in ig-
nem eternum. **H**ec est fides catholica.

quam nisi quisq; fideliter firmiterq; cre-
diderit saluus esse non poterit.

R **Hic incipit letania**

R yrieleyson.

X p̄eleyson.

X p̄e audi nos.

P ater de celis deus

miserere nobis.

F ili redemptor mun-

di deus. miserere.

S p̄c sc̄e d̄s. miserere

nobis. **S** ancta

trinitas unus. mi-

serere nobis.

S c̄a maria ora pro

nobis. **S** c̄a dei

genitrix. ora pro

nobis. **S** c̄a uir-

go uirginum. or.

S c̄e michahel. or.

S c̄e Gabrihel. or.

S c̄e Raphahel. or.

O mnes sancti an-

geli ⁊ archangeli.

orate p nobis.

O mnnes sc̄i beatorū	S c̄e mathia.	or.
sp̄uum ordinēs. or.	S c̄e marce.	or.
S c̄e ioh̄es bapt. or.	S c̄e luca.	or.
O m̄es sc̄i patriarche	S c̄e barbana.	or.
zpp̄he. or.	O m̄es sc̄i apl̄i z ewan	
S c̄e petre. or.	geliste. or.	
S c̄e paule. or.	S c̄e step̄he. or.	
S c̄e andree. or.	S c̄e clemens. or.	
S c̄e iacobe. or.	S c̄e laurenti. or.	
S c̄e johannes. or.	S c̄e vincenci. or.	
S c̄e thoma. or.	S c̄e corneli. or.	
S c̄e iacobe. or.	S c̄e cypriane. or.	
S c̄e philippe. or.	S c̄e dyonisi cū focus	
S c̄e bartholomee. or.	tuis. or.	
S c̄e mathie. or.	S c̄e mauricy cū focus	
S c̄e thathie. or.	tuis. or.	

S cē Sebastiane. or.	S cē Florenti. or.
S cē Thoma. or.	S cē Adelfe. or.
S cē Quirine. or.	S cē Egidi. or.
S cē Petre. or.	S cē Berhardle. or.
S cē Cassiane. or.	S cē Authoni. or.
O mnes scī martires.	S cē Dominice. or.
S cē Silvester. or.	S cē Francisce. or.
S cē leo. or.	O mnes scī confessores.
S cē Hylari. or.	orate p nobis.
S cē Martine. or.	S cā Maria magdalena. or.
S cē Augustine. or.	S cā felicitas. or.
S cē ambrosi. or.	S cā ppetua. or.
S cē Nicolae. or.	S cā Agatha. or.
S cē Iheronime. or.	S cā Lucia. or.
S cē Benedicte. or.	S cā Agnes. or.
S cē Arbogaste. or.	S cā Cecilia. or.

Sca katherina. or. demonum. l.
Sca margareta. or. **A**b omni immundicia
Sca aurelia. or. mentis & corporis. l.
Sca Elizabeth. or. **A**b ira & odio & omni
Sca Adelhectis. or. mala uoluntate. l.
Omnnes scē uirgines **A**b immundis cogitatōibz.
& uidue. or. **A**lteritate cordis. l.
Omnnes sancti. or. **A**fulgure & tempestate.
Propicius esto. par **A**b omni malo. l.
ce nobis dñe. **P**er mysterium sancte
Adampnatione per incarnationis tue. l.
petua. libera nos **P**er aduentum tuum. l.
Ab imminentibz pec **P**er **H**aciuitatem tuā. l.
catoz nrōz pericu **P**er ^{et crucē} passionem tuā. l.
lis. libera nos dñe. **P**er gloriosam resurrec
Ab infestationibus tionem tuam. l.

Per ammirabilem as-
censione tuam. **V.**

Per gram sc̄i spiritus
paracleti. **V.**

In die iudicij. **V.**

Peccatores te rogamus
audi nos.

Vt pacem nobis do-
nes. **RS.**

Ut misericordia et pietas
tua nos custodiat.

Ut ecclesiam tuam re-
gere et defendere dig-
neris. **RS.**

Vt dñm ap̄licum et
omnes gradus ec-

clesie. in sc̄a religione
conseruare digneris. **RS.**

Ut ep̄m et p̄ores n̄ros et
omnes gradus illis con-
missos in tuo sc̄o ser-
uitio conseruare dig. **RS.**

Ut regibus et principibz
n̄ris pacem et ueram
concordiam atqz uic-

toriam donare dig. **RS.**

Vt cunctum pplm̄ xp̄i
anum p̄cioso sangui-
ne tuo redemptū conser-
uare dig. **RS.**

Ut omnibus benefac-
toribz n̄ris sempiter

na bona retribuas. **tr.** **U**t animas n̄as
et parentum n̄oz ab eterna dampnatione
eripias. **tr.** **V**t fructus terre dare et cō
seruare digneris. **tr.** **U**t oculos misericordie
tue sup nos reducere digneris. **tr.** **V**t
obsequium seruitutis n̄re rationabile faci
as. **tr.** **U**t mentes n̄as ad celestia desideria
erigas. **tr.** **U**t miserias pauperū et capti
uoz intueri et releuare digneris. **tr.** **V**t lo
ca n̄ra et omnes habitantes in eis uisitare
et consolari digneris. **tr.** **U**t regularibus
disciplinis nos instruere digneris. **tr.**
Ut omnibus fidelibz defunctis requiem eter
nam dones. **tr.** **U**t nos exaudire digneris.
Fili dei te rogamus audi nos **A**gnus dei
qui tollis peccata mundi ~~parce nobis dñe.~~

Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi
 nos domine **A**gnus dei qui tollis peccata
 miserere nobis. **X**p̄e audi nos **R.** yrieley
 son. **X**p̄eleyson **R.** yrieleyson. **P**ater n̄r.
Gt ne nos indu. **S**aluos fac fideles tuos. d̄s
 meus sperantes in te. **M**itte eis auxilium
 de sancto. ⁊ de syon tuere eos. **O**n̄e exaudi
 orationem meam. ⁊ clamor meus ad te ueni

Deus qui nos a seculi tua **or.** **T**at.
 nitate conuersos ad sup̄ne uocatio
 nis amorem accendis. pectoribus n̄ris puri
 ficandis illabere. ⁊ gr̄am qua in te p̄seue
 remus infunde. ut p̄tectionis tue muniti
 presidio. qd̄ te donante p̄missimus impleam̄.
 ⁊ ut n̄re professionis executores effecti. ad
 ea que p̄seuerantibus in te promittere dig

natus es ptingamus. *P. Sup dñm aplicum.*

Dñe sempiternae dñs. respicere dignare sup
apostolicam dignitatem. atq; sup uniu
sos gradus ecclesiasticos. ut sicut uniuersi a
te sunt creati. sic uniuersi in suo ordine di
rigantur. *P. Sup religionis congregationem.*

Defende q̄s dñe beata maria semp uir
gine intercedente cum omnib; sanctis
niām congregationem. ⁊ tibi toto corde p̄tra
tam. ab hostium p̄piciis tuere clementer nisi

ante spiritus *De scō spiritu.* dñs. *A.*

S qui es uerus dñs cum deo p̄re ⁊ unico
filio ei dño n̄ro ih̄u x̄. te suplex adoro te lau
do ⁊ glorifico in te credo in te spero in te con
fido me tibi committo. q̄ salus mea estu.

S p̄c sc̄e qui sacrosce uirgini obumbrasti in

191
conceptione filij dei. **S**pc scē qui in columbe
specie sup xp̄m in iordane apparuisti **S**pc
scē q̄ in igneis linguis sup ap̄lōs x̄ descendisti
ueni in cor meū. purifica me ab omni iniqui
namento peccati. ⁊ fac me t̄ mundū ⁊ stabile
⁊ quietam mansionē in anima mea deus meū
Lux uera que illuminas omnē hominē ueniē
tem in hunc mundum. **S**pc scē ueni in cor^{meum} ⁊
illumina illud sp̄ sapie ⁊ intellectus. **D**a m̄
prudentiam ueram que dirigat omnes affectus
cordis mei. ⁊ omnes sermones oris mei. ⁊ omnes
affectiones meas. ut fructuosa sit uita mea in
domo tua dñe d̄s. **I**gnis sancte. ignis munde.
ignis fortis ⁊ potens. **S**pc scē ueni in cor meum.
intra ad interiora anime mee. ⁊ reple ea tua
scā dulcedine. **A**mor scē pasce eam deliciis tuis

quibz angelos pastis dulcedo suauiſſima. ne
 euellaris, in etnum. **S**pc ſcē qui omnē hunc
 mundum optime gubernas. te queſo bene
 diſpone. & uſq; in finē guberna omnē conuer
 ſationem meā. & omnium dñe quos in uincu
 lo dilectionis familiaris aſtruxi. ſ; & omnium
 te confitentium in uniuēſa tēra. Da nobis ambu
 lare dñe in mandatis tuis corde bono & optimo
 diesq; nros bono fine conſummare dignare. ut
 meream^{ur} uidere faciem tuam glorioſam. in qua
 deſiderant angeli proſpicere. & amplectari le
 tum uultum tuū domine deus meus. Amen.

Ave ih̄u xp̄e *Salutatio dñi nri ih̄u xp̄i.*
 uerbum p̄is. filius uirginis. agnus dei.
 ſalus mundi. hoſtia ſacta. uerbum caro. fons pi
 etatis. **A**ve ih̄u xp̄e laus anglor. glia ſcor.







